

My suis annuera b.

J. De Beerth

212

57.

M. W.

TRIGA AMICO-POETICA.

sive

IVLII GVLIELMI
ZINGREFII HEIDEL-
bergensis Iuuenilia Poe-
tica :

FRIDERICI LIN-
GELSEMII HEIDEL-
bergensis p.m. Reliquiæ
Poeticæ.

IOANNIS LEON-
HARDI VVEIDNERI
Palatini Conatum Poetico-
rum Prodromus.

*Editio prima procurata ab eodem Ioanne
Leonhardo VVeidnero.*



Excusa

ANNO M. DC. XIX.



L. M. Q.

Consultissime & Praestantissime VIR
DOMINE IONA MAISTERLINE,
Iste & Pal. Dicast. Cōsiliarie amplissime,
Necnon Prudentissime & mysteriorum politi-
corum peritissime VIR DOMINE IACOBE
SIDERICE Procurator Rationum Electoralis
Pal. fidelis. Honorifici Nominis Vestri praeoga-
tina IVVENILIA hac POETICA, affinis & a-
mici VESTRO mei IVLII GVLIELMI
ZINGREFII de sero. Causas appellationis hu-
ius alias porcipietis. Ne interim Vestro favori
consecro. Dabam ex Manioyana arce Calend.
Iunij st. v. 1619.

V. Ampl. & celeb.

Observantissimus

Ioannes Leonhardus Weid-
ner Palatinus.

*Nobilissimo & Amplissimo
Viro Elect. Palat. sanctioris
Consilij Assessori consul-
tissimo Dno.*

D. GEORGIO MI-
CHAELI LINGELSHEMIO,
Musarum Patrono opti-
mo maximo Reliquias has
Filij desideratissimi, quasi
postliminium partum a-
mici entheati dedicare
voluit, H. Obser.
Tuæ.

IOANNES LEONHARDVS VVEIDNER,
Palatinus.



FRIDERICI LINGELSHEMII HEIDELBERG.
Georgij Michaelis L.

F. p. m. Reliquiæ
Poëticæ

EDITÆ

A

Ioanne Leonhardo VVeid-
nero Palat.



Epos lugubre in obitum

FRIDERICI LINGELSHEMII,
Georgij Michaelis filij.

HUc meus usq; dolor per sola silentia sese
Exercebat inerti, & vix sibi credulus ipse:
Nunc ubi decurso tanto mens nostra stupore
Sese iterum, sensumq; mali presentis habere
Cœpit, & hoc vulnus tractari posse videtur;
Nunc medicas adhibere manus, nunc conuerit ipsa
Tempestiua morâ permittere verba dolori,
Et lacrymas, Friderice, tua libamina morti.
Sic fidi Theseus crudelia funera fleuit
Pirithoi; Pyladi sic illacrymanis Orestes.
Scilicet hoc reduci munus, redistisq; sub ipsos
Hoc vale funestum debebam! Heu dulcis amice,
Heu Friderice breuis fructus! non te ante videre,
Non potui satiare tuo mea lumina vultu,
Atq; implere meum, morituro affusus, amorem?
Nec suprema, imis penitus haurâ medullis
(Triste heu depositum sed dulce) cœpessere iussa?
Raptus es absenti: dolor hic mea pectora rumpit.
Heu mihi quos redistis, qua non ego gaudia plena
Mente figurabam: qua non tibi voti a viriisim,
Quos tibi non populus iam decernebat honores
Qua non sollicito tandem pia cura Parentis

A

Institit.

Institit, in te dum sese videt ille renasci
 Cuncta iacent tecum. Sic tempestate coorta,
 Immodica praeceptis ubi grandi ne nimbus inhorret,
 Ingens sternuntur humi iam messis adulta
 Divinitia, cadit infausus labor irrisus anni.
 O spes fallaces! Terrena o lubrica vita
 Atque incerta fides! miseris quid denique restat
 Quid cupidum ingenuas animum coluisse per artes
 Quidve iuvat terras alieno sole calentes
 Vidisse, & linguas nosse ac discrimina morum,
 Atque olim patria tot consecrare labores;
 Si tamen ante diem rapida vis invida Parca
 Votivum pulcri successum intercipit ausi
 Si quanto vita quis dignior atque futuris
 Utilior meritis, tanto minus ille diurna?
 Ast tua quem dederant cursum tibi fata peracto
 Maluit haud quidquam vana amplius ista morantia
 Caelstem in patriam virtus festina reverti;
 Hic ubi discussa cernens caligine verum
 Errabundorum insanos in nocte tumultus,
 Despicis, atque alia ex aliis in fata ruentes.
 Parcius hinc nostris lacrymis urgerere, dignus
 Quem pietas maturè adco sua redderet astris:
 Nos deplorandi, qui post tua funera vitam
 Hanc indignamur, qua non nisi acerba futura est:
 Quamvis magno animo brevis intervalla feremus;
 Dum fortè has loquimur, dum nos versamus, ada-
 sta est
 Diductos vinclo que copulet hora peranni,
 Me tibi, teque mihi meliori lege datura,
 Quam Castor quondam Polluci reddidit. Vna,

Vna,

Vna fovent isthac orbium solatia fratrem.
 Tu quoque, mæste pater, qui turbato ordine fati,
 Heu lugens, & amas charo pro pignore luctum,
 Tandem pone modum, nimirumque, absiste gemendo.
 Atque haud inuitis decreto accede potenti,
 Omnia quod certo nascentia sine coeret.
 Si quod aliquod valeant consortia ferre leuamen,
 Non tuus ille dolor priuatus, publica cum sit
 Hac iactura, tuo multis doluere dolore.
 Annon in lacrymas urbis confenserat ather,
 Cum spes illa suas hoc conclamabat adempto
 Quid loquar externis questos hac damna sub oris,
 Illustrem ante omnes famam toto orbe Thuanum?
 Quid memorem magnum Ancelium, egregiumque, Sa-
 uilem,
 Heinsadumque tuum? quorum tuus ille favorem
 Virtute ex ambisse sua me teste feretur.
 Fallitur at aeterni solis qui computat annis.
 Huic certe natura sagax, iam iamque paterna
 Succrescens laudi ingenium & prudentia velox,
 Atque incorrupti contra sua secula mores,
 Et munus satis probitas, His doribus ille
 Tam breuibus longum spatium impleuerat auium.
 Hunc vita comitem iuxta & virtutis habebam
 Exemplar, decet hunc vitam & virtute referre:
 Tam rari haud potero melius meminisse sodalis.
 Epos ad Georgium Michaelem Lingelshe-
 mium IC. Consiliar. Archipalat.
 Dum te, mæste parens, tua per suspiria tantum
 Respirasse iuvat, vitamque egisse gemendo,

A s

Ei

EPICEDIVM.

Et sedes illa alto sub corde domestica clades,
 Qua tibi primævum generis decussit honorem;
 Accipe communis monumenta exilia luctus,
 Quæ nato statuisse suo mea cura laborat.
 Hac pictas, hac iussit amor me posthumus, huius,
 Magnorum auspicijs vatum, dare iussa sepulcro.
 Nos olim puerilis amor, fortissimus ille,
 Iunxerat, atq; pari nobiscum adoleverat auctus.
 Hinc individuos sortem commisit in omnem
 Confusata fides, plenis immobilis annis.
 Testis Arar, Rhodanusq; fugax lenisq; Garumna,
 Sequanaq; & Tamesis, testes patrij ostia Rheni,
 Nil ad eò nobis non in commune fuisse.
 Vnum iter Italia tandem diivisi: ab illo
 Protinus amissus mihi tempore, quando suprema
 Non iterum vsurpanda oculis hac verba profabatur:
 Quo sine me Friderice ruis? quis rursus in altum
 Exiit in patrio reducem modo lumine fervor?
 Qualis cymba, diu quam traxit in omnia secum
 Magna ratis, rupto cum retrò forte relicta est
 Fune, mari incerto rapitur, fugit altera velis
 Vsa suis, verum hac astu vexatur & undis:
 Talis ego sine te, quem nil nisi tristia cuncta
 Et desiderium proclive dolorq; manebit.
 Sed quoniam porrò satis simul ire vet amur,
 Mente comes votis te prosequar vsq; serenus
 I, neq; enim tantum vellem invidisse favorem,
 Quo tibi concessum magno latius esse vòtono.
 I felix nosterque redi, si numina votis
 Aspirant, sine me tamen haud Friderice redibis.
 His mihi dimissus, paucis hac reddidit ille:

Tan-

EPICEDIVM.

Tantum est, chare vale, & memorem fac fratris a-
 morem
 Serues, Sic abiit: sic vultus ego plenus amiso
 Relictus nostros incepti odisse penates,
 Atq; hunc velle sequi, heu reditus prævultus iniquo.
 Ille etenim patriam, minimum heu mæsuras, in urbè
 Mox revolans, qua forè aberam, nil tale tumentes
 Exanimat secum improvisa morte parentes,
 Inq; ipso sese portæ applaudentibus aufert.
 Sic grauis externis opibus, ventisque reuicta
 Sæpe suis patrio fracta est in litore navis.
 Interea ignaro male-certum alia omnia postas
 Prasagit, reducemq; mihi per somnia monstrat,
 Cuius in amplexum iam iam ruiturus onarem:
 Cum mihi tam subita venit index litera cladis.
 Heu mihi qualis eram vitro cœci sulminis ictu
 Afflatus super, atq; sui plano immemor ipse est:
 Sic quocq; perdideram pariter cum mente idolorum;
 Dirigui, steterunt sine lumine lumina, sensu
 In diversa trahi misero mihi viscera; tandem
 Egrè cum lacrymis mentem meq; ipse recepi.
 Sed quocq; tum sine voca dolor, sine teste vagatus,
 Dum reperire nequis in istis sua verba querelis,
 Se potuit tantamq; luem perhibere silendo. (lorem)
 Haud sed enim infandum iam nunc renovare do-
 fert animus; nec qua modò plaga coire videtur
 Rescindenda. Nefas caelestia gaudia nocturno
 Sollicitare ultra mærendo: propria quin vix
 Cogitat, alterius nimum cui fata dolentur.
 Ergo ego Myrtili secreta silentia montis
 Et patrias sylvæ, loca dulcia, solus obibo.

A 3

Carmina

Carmina nostra quibus quondam recinenda dabamus.
 Eternisq; incisa notis tua nomina saxis
 Arboribusq; tenenda dabo, longumq; ciebo
 Te Friderice: Vale, Salve, Friderice. vocantem
 Audiet & Nicer & refectur sebilis Echo,
 Inq; tuo insaufum Narcissi nomen amabit.
 Interea, vir magne, tui qua muner a nati
 Addimus inferis, quibus heu decoramus amici
 Egregios manes, haud invito aspice vultus,
 Parua sed afflicto solacia debita patri.
 Sic quodcumq; huius mors importuna iuventa
 Præripuit, simul omne tuis hoc adstruas annis,
 Sic vigeat felix in publica commoda natus
 Spiritus ille tibi, feroq; reusat Olympum,

Idyllion.

Forte se, lens solus mustosi in margine fontis,
 Atq; suam stanti faciem speculatur in undâ.
 Ipse sibi tacitus secretos Phyllidis ignes
 Inde à principio recitabat Pastor Amynthæa.
 Cumque ad se rediens solem inclinare videret,
 Atq; greges ouium, mixti ut ouibusq; capellæ
 Rupe sub umbrosâ procul enumerasset euntes,
 Illustri veteres calamo renovare querelas,
 Qua tot in aruennis restabat sola voluptas,
 Incipiens: Phyllis mea, nec mea, desine, dixit.
 Desine crudeles pœna morientis Amynthæa
 Amplius heu proferrè ferox & dura puella,
 Dum tibi causaris iam austeros esse parentes,
 Iam vano fictas sub pectore concipis iras,

Atq;

Atq; iubes nostros extinguere profusos amores.
 Ergo aliquid fuerit tam casto pulchrius igne?
 Si modò quid fuerit, dic fides, impraba Phyllis,
 Aut tuè illa auster a mihi dicèris in omne
 Æuum, qua cupidos tantum frustreris amantes,
 Et simules primo, mox & quas nescio causas
 Perfidia fugitiua tua prætexere tentes.
 Si tibi vilis ego atq; mei te pœnitet, atqui
 Non designata est piratam Regia Dido
 Exulem, & Oenone Paridem constanter amavit.
 Nec fuit Endymion pastor tibi, Luna, rubori.
 Si nescis, non spectat amor sincerus honores,
 Ille pede exaquat sceptrum, diadema galero,
 Puro contentus habitare in pectore tantum,
 Quale tuum vix esse potest, impura puella.
 Tu meministi arbor, qua nos persæpe tegetas
 Fallentes grato tempus sermone sub umbrâ,
 Prateriens quando formosam fortè vocaret
 Mopsus, ut illa oculos terrâ pudibunda tenebat.
 Defixos, nolo, dicens, formosa videri
 Vlli præterquam tibi, dilectissime pastor,
 Cum dextram dextra iungens hac verba referret:
 Teste tibi hac sanctè iuro arbore, dulcis Amynthæa,
 De me post fiat, satis quodcumq; placebit,
 Mi placet hoc unum, te viuâ & mortua amabo.
 Hac promissa dedit, sed & hac promissa sefellit.
 Heu mihi quid misero pastor denique restat,
 Si quoq; simplicitas innoxia rura reliquit,
 Si Phyllis quoque condidit dare inania verba,
 Et nimis urbanos imitarius urbis amoret
 Si quos in vultu fucos urbana puella

4 4

Mor

Hos iam rurestres ipso sub pectore gestant,
Sic ait atq; greges sub nota cubilia pellit,
Custodemque canem septis apponit Amyntas.

Historia Capitolij seruati ab
ansere.

CVm Galli quondam, gens insuperabilis armis,
Martia cepissent deuicta moenia Romae,
Vnicia restabant, Iouis arx, Capitolia celsa,
Hac igitur tentans sublustri intrudere nocte,
Nec mora, ymati cacarum arcana viarum,
Praruptos furtim deprenso tramite colles
Scandando exsuperant, alios aliique trahendo
In summum euasere iugum, custode latente,
Securis canibus. Verum hic vigilantior anser.
In silicis clangore suo proditque ciensq;
Alarum strepitus presentes indicat hostes,
Concitus adsonitum, subito sua tela capossens
Manlius, urget iter fulgenti umbone corruicosa,
Murorumq; petit vaga propugnacula, seque
Festino cursu madios effundit in hostes.
Quiq; erat in summo deturbans illico Gallum
Deicit atq; agit in praeceps per saxa, per altum,
Cuius ab infesto reliquis quoq; pondera tracti.
Ex custodito praeceps spera colle feruntur.
Romani interea concurrunt undiq; cines;
Tam victi turbae victorum vique repellunt:
Sicq; asserta fuit trabati urbs alia Quirini.

E L E.

ELEGIARVM LIBER.

ELEGIA I.

In obitum Godofredi Iungermanni.

NAm qua facta grauis iam dudum verberat
aures,
Funesta ab seram vocis habenda silentem,
Iungermannum cheis nunquam sine laude loquendum,
Summam summorum speraque fuisse, virum?
Quem placido Phœbus nascentem lumine vidit,
Hospitium & legit viraq; Suada sibi;
Vnde minabatur nil non dignum addere cedro,
Nec fuerat tantis fallere posse minas,
Rarus ita ingenio foecundo. Umbratile sed iam
Orbis Musai delitium ecce iacet.
Ingenium nec eum, nec Apollinis infula texit,
Parcam est virtutis nec remoratus honori
Et frustra est probitatis amor, cador quoq; frustra est;
Nescit terrigenis parcere Parca ferox.
Nempe forent aliam, (sed inexorabile fatum)
Debita virtuti tempora plura tua.
Ergo nimis verax rumor fuit? ergo supremum
Desletus spectas iam Godofrede fores?
Tu quoq; stans tuētis, iniussa Cupresse, sodalis,
Certa insperati signa doloris habes?
Porro caeruleis quis funere parcat acerbo
Vittis? quis gemitu temperet & lacrymis?
Quis desiderio pudor aut modus adsit anhelos?
Tamen culti capitis quis meminisse neget?

A s

Ambitiosa

*Ambitiosa alijs tumidas inditio pompas
 Editioq; rogis addat inane decus:
 Marmoreos tumulo anquiras ventosus honores,
 Quicq; nihil solidi quo celebretur habet:
 Non tacitum funus duci, potiora merenti,
 Nec te omnem auferri Diua Perenna sinec.
 Multa tui fugiet Libitina portio legem,
 Victurusq; recens laudibus usque clues,
 Daphnidis atq; Chloës Latio quoad orbe sperset
 Posthuma transmissis sacra loquetur amor,
 Ipse tuum bisidi super ardua culmina montis
 In lauro nomen sculperè Phœbus amat.
 Rideat utque tibi formoso vere sepulcrum,
 Larga suas semper Flora refundet opes.
 Circum hedera serpent, docta viuacia frontis
 Pramia, inumbrahit plurimaq; arbor humum.
 Nestareos Mellona fauos stillabit, aroma,
 Inferiasq; Charis masculis thura feret.
 Nos quoque ne iustum officium quâ in parte vacillet,
 Hac dabimus memori respice verba legi:
 Hac Iungermanni, qua sunt mortalia, terrâ:
 Cætera nec versu est condere nec tumulo.
 Interea nobis, charissime Iungermanno,
 Perpetuum salue, perpetuumq; vale.
 Iungermanno vale, Elysijs post te ordine cunctis
 Quo Natura volet, quisque sequemur, agros.*

ELEGIA II.

In obitum Hippolyti à Colibus.

*Q*uid loquar Hippolyte, ô satis sublate dolendius
 Cuncta scio meritis esse minorâ tuta.

Esse

*Esse scio populi diuitem præcepta fauore,
 Quando tibi omnigenâ fama parent at humo.
 Te coluit nostro secretus ab orbe Britannus,
 Te coluit Gallus, te populosus Iber.
 Te Mulda potor loquitur, tellusq; Polona,
 Inuideat nobis te quoque terra Tua.
 Idem pacis eras medius, bellique, nec unquam
 Incorrupta Fides est habitura parem.
 Te quondam petijt bellatrix Dania, tanti
 Lacturam pronpro fassa dolore viri:
 Quemq; virum tantura sunt singuli amare concti,
 Iam cuncti ereptum voce animisq; dolent.
 Flebilior multo nostris cadis, inclyte, terris,
 Quis modo reddebas iura bilance pari:
 Præsidium miseri dum audis insigne coloni,
 Qui vellet vitâ te reparare sua.
 Principis arcanis admissus, publica rerum
 Promonisti operâ consiliante tuâ;
 Nullius offensa nullius cunq; laboris
 Pro patrij pauidus commoditate soli.
 Nec tamen hinc tentare, comes qua semper honotum,
 Vel leuiter mentem est ambitio ausa tuam;
 Quin potius cunctis contentâ voce vidaris
 Velle superuacui spernere honoris onus:
 Nec pro te ve queri, cum sit tibi tristior ipsâ
 Motte, orbis luctus Principis atq; tui,
 Cuius promeritus memorem virtute fauorem es,
 Urbis & vnanimi laude sub astra vehi.
 Ha tibi mansura effigies statuentur, Amoris
 Eriget hæc nostris vis monumenta animis.*

A 6

III

ELEGIARVM
ELEGIA. III.

Historia de Carolo Magno.

Carolus à sacris Magni qui nomen adeptus,
Gestabat forti regia sceptrum manu,
Imperijq; potens Romani iura tenebat,
Phœbei custos dulce decusq; choris,
Inclita Pierijs hic condidit atria Musis,
Sequana ubi Paridis mœnia celsa secant,
Nec non ipse frequens voluit spectator adesse
Progressus specimen quando iuuenta dedit.
Sed cum nobilibus palmam praeferere sensit
Plebeios iuvenes, talia dicta dedit:
Maestis esse ò pueri, vestram contingere metam
Pergite, quos Musis innigilasse iuvat.
Vobis crescit honos, vos premia certa manebunt,
Cerneris vestras laude virere domos.
Vos mea contignos olim sibi dextera tanget,
Florebit vestro culta labore Themis.
Vobis Eusebio summus decernet honores,
Suggestus dabitur quando docere sacro.
Ignavos contra iactantes sanguinis ortum,
Increpat irato hac pectore verba ferens:
Vos verò Arcadia pecus & contagia ludi,
Flebile supplicium pœnaq; dira manet,
Qui nostram audetis contemnere Maiestatem,
Vestrorum innixi nobilitate patrum.
Ad nullos unquam vos pervenietis honores,
Hisce sed aeternâ laude vigebit honos.
Sint licet obscurâ prognati stirpe, rependunt
Ingenio generis non sua damna sui.

Hi vos

Hi vos praecedent spretos, virtutis amorem
Neglectum vobis dum reliisse sciam.

ELEGIA IV.

In fontem amoenissimum Iacobi Siderici
Propraefecti Simerensis.

Hvmorum medio iacet urbs antiqua recessa,
Simeriam à fluvioprateo monte vocant.
Non hac excurrit murorum tractibus amplis,
Nec gens magnificas incolis illa domos.
Nempe huic miranti Natura munera, puro
Simplicitas fuci nescia corde sedet.
Fertilis irriguis hortis atque ubero glebâ,
Mitia nec pecori pabula terra vegat,
Campis aucta suis & amœnis undique sylvis,
Quis crebra integris fontibus antra madent,
Quos inter nitidis pellucidus eminet undis,
Murmureque arguto dulce loquacis aqua,
Prouida quem nuper Siderici cura Iacobi,
Cœcis è saxi prolicuit scatebris.
Quâ se purpureo Phœbicus prorumpit ab ortu,
Vallis in aduersâ pergula rupe cubat,
Pergula solares arcerè educta calores,
Atque umbram folijs consociare suis.
Fons sonat à lauâ subitus, quem nulla volucris,
Nec fera, nec turbat arbore lapsa coma:
Qualis erat cum Naiadibus quo fortè lauantes
Ætaon nemorum non bene vidit Heram.
Circum vixit suo ingenio variata voluptas
Prati, ipsa hospitium quod sibi Flora legat.

A 7

Oblis.

Obliquo trepidat passim per gramina flexus
 Riuisulus, & formos suadet mire leues,
 Captaq; amoris loci lento agmine Simra, coactura
 Discessum blando murmure quæsta subit.
 Hic Clario faciles elegos deducere plectro,
 Hic decet in viridi ponere membra solo:
 Poelaq; ferre simul spumantis mollis lacchi,
 Et chelin & cantus quidquid habet speciem.
 Hic sedem Rijus, locus, atq; Lubentia figat,
 Huc Musa spreto fonte Heliconis cant.
 Hic aliquis tenera wates decantet amica,
 Et formam & forma duritiem comitem.
 Bacho nonnulli plaudant, plaudentibus Echo
 Assonet, è colsis Bachum iteretq; iugis.
 Denique quis fontis ingentum faciente Lyao,
 Debita solenni carmine vota canat?
 Vos, ô vos Nympha Fluuiales, vosque Napæas,
 Qua porro auditis Fonticolaque Dea,
 Huic afflate auras & frigus amabile fontis,
 Et facite ut saliat vena perennis aque:
 Et facite ut Domino fontis venientibus annis,
 Has iuxta tymphus gaudis mille cadant.

ELEGIA V.

Elegia anniuersaria memorie Friderici
 Lingelshemij.

Nunc uno vellem tecum recubare sepulcro,
 Hanc animamq; tuâ posse quiete frui,
 Ossaq; nostra tuæ cinerem cinerique iugari,
 Fridrico, ô nunquam non memorande mihi:
 Qui propria fueras vitâ mihi charior olim.
 Dum tibi vitâ fuit, Aum mea chara mihi.

Iam

Iam verd misero dum te vagor orbis in orbe,
 Et circumspectus omnia viso oculis,
 Cuncta mihi sordent, mihi displicet omne quod vs-
 quam est,
 Et sine te totus displiceo, ipse mihi,
 Et sine te tædet cœli conuexa iucri,
 Et tædet vita me, Friderice, mea,
 Omnia cum videam vana, omnia plena malorum,
 Quem non afficiant illa vel insciant?
 Quid cuiusquam oculos possit subisse vel aures,
 Vt non hinc tristis fiat & inde nocens
 Etas deterior ferro, sentina priorum,
 Quod confluxerunt qua mala cumq; legas.
 Ambitiosa fero pede cuncta superbia calcas.
 Vndiq; virtuti detrahit inuidia.
 Cuncta Megara tenet loca, mens ignara nocendâ
 Stultitia, & virtus ipsa hodie est vitio.
 Saltem externa bonus rarus vult quippe videri,
 Inter tam raros rarior esse bonus.
 Naturam ingeniosa lues cessare coëgit,
 Prædit arti fici mens genuina malo.
 Virtutum titulus sax heu vitiosa coruscas,
 Signaq; dat probitas certâ pusillanimi.
 Est neglecta fides, nisi cum prodesse putatur.
 Tolle lucrum, pietas nil nisi nomen erit.
 Condit amicitias solum aurum, dicereq; ausimo,
 Solum aurum cunctas perdit amicitias.
 Subdola compositio vultu simulatio amicos
 Non nisi priuatâ commoditate legit.
 Sic omnes aut captant aut captantur ad unum
 Quoscunq; in mundo videris hoc homines.

Magnus

Magnus in orbe Deus, mēdax Dole, cuncta gubernas
 Prætexens fraudi nomina pulcra tua,
 Ut neque respondent animo tua verba bilinguis,
 Sic factum verba dissonat omne tuæ.
 Ergo tibi similem nusquam nanciscar amicum,
 Fridericæ, ô animo nunquam abire meo.
 Vulneris ergo huius dum vitam viuet imago,
 Corde cicatricem hanc vsque fouebo meo.
 Vsque tuam mortem vitamque meam lugebo,
 Inque meo ore, meo pectore semper eris,
 Cui Thesæa fides primis me ianxerat annis,
 Et cuius cordi cuncta tenenda dabam.
 Cunctaque tu mecum es tecum velut ipse locutus,
 Per mare erat nobis per variasque plagas
 Vnum iter, vnus amor pariter, studia vna eademque
 Amborum socias vnierant animas:
 Vnica mors postquam tanto inuidisset amori
 Vnanimi secuit corda ligata fide.
 Et tu viuus adhuc Iuli & iacet ille sepulchro?
 Seivndum nobis numquid & esse potest?
 Fallor, dimidiâ cum hoc sum pro parte sepultus,
 Ille meo viuus pectore dimidius.

ELEGIA VI.

Votum Onomasterijs M. Ludouici Lueij
 Profess. Basil.

Exoptata dies subijs, clarissimo Luci,
 Qua nomen fastis gaudet habere tuum.
 Ergo qua ferimus facili cape vincula dextrâ,
 Et defacatâ gaudia mente simul;

Exulet

Exulet omne procul proscripti schema doloris,
 Pendeat ex humeris candida palla tuis,
 Bendeat antiquo viuax de more lucerna,
 Latitia testes Laurus & ante fores.
 Absit qui toruâ speculatur serâ fronte
 Quemque iuuat prorsus nisi triste Cato.
 Iam dum collatæ votis gratantur amici
 Certatimque tibi mittere dona parant:
 Nos quoq; festinâ sacrum hoc celebrabimus ausâ
 Fœdere quos iungit mensaque mensq; parâ,
 Votiuumque tuo melos impendemus honori,
 Gaudentes genio liberiore frui.
 Quid moror? en reliquis plaudens præibo Carnenda,
 Concipiens socias ore fauente preces
 Aurea felici decurrens sidere lux hac
 Latitia nostrâ conuenienter eat,
 Sæpe eat, & porro redeat venientibus amicis,
 Incolumem essendat cum dominoque domum.
 Festa dies, tibi ferta damus, tibi liba merumq;
 Dicimus auspicijs omnia fastis tuis.
 Si quoq; præterea fieri tibi iustis requiris,
 Presenti memores solvimus officio.
 Tu modo fac domino fias ac huius amicis
 Omine post semper candidiore rediis.
 Sic inter festos festus numeraberis ipse,
 Gaudia sic nobis, sic tibi vota feras.

ELEGIA VII.

Nuptijs Eliæ Soltzhaimeri & Salomes
 Lingelshemiz.

Nulla Cupidinea serè conuenientior igni
 Aut melior Cyprius sustinuisse faces,

Quam

Quam qua Gradini dubijs exercita castris,
 Hostiles didicit pascere turba minas.
 Summa Ducum Atrides visâ Priameide inarst,
 Hector ab Andromaches missus in arma sinu:
 Victor ab abductâ Brisida captus Achilles
 Succubuit forma, capta puella, tua.
 Mars pater ipse Dea placido exarmatus amore
 Exemplum genti debuit inde sua.
 Dilectus sibi morbus amor non inuidet armis,
 Sunt cetera Venorem, Mars, tua iura tuam.
 Sponse, bonum factum! melioribus hæc tua flammis
 Te Venus exurit, te Salomæa domat.
 Ajax illa, tua gravitatis amabilis illæ
 Predatrix, toties insidiata tibi,
 Iam teneris armata oculis, iam subdola blando
 Pectore, scæx animo iam imminet ore tibi.
 Nunc tuus ille rigor, nunc forma suo arte virilis,
 Nunc huic arridet deniq; quidquid agit.
 Quemq; ferunt relique vulsum rigidumq; truncemq;
 Pro rigido, sponsâ iudice, fortis adest.
 Huic se, sponse, aquis decuit conuerrere flammis,
 Et stabili fidam reddere amore vicem.
 Vos porro, ingenii fungendo munus amoris,
 Pulcra iuuat casti pignora ferre thori,
 Sicq; Deos paridos vestros imitarier ausis,
 Dimidios Martis, dimidios Veneris.

ELEGIA VIII.

Nuptijs Nicolai Heinij & Salomes
 Lingelshemiz.

MAuortis tutela tui, tutela Minerna,
 Dic, Heinij, festâ qua faciendâ die,

Quæ

Quæ tibi sincero Salomen ardere cupitam
 Perpete coniungit foedere dulcis Hymen?
 Num tua dicitur constantia, nescia flecti,
 Mens tibi quæ tandem deniq; victa tua?
 Supremi an potius secreta potentia fari,
 Ipsâ commendans ante negata morâ?
 Sis qua nonnunquam ferè prada amissa videtur,
 Hac venatori gratior inde redit.
 Sic dubijs suspensus aquis ludibria Ponto
 Desperabundus qui dare Nausta timet,
 Albus hic aduersis maris in compendia ventis,
 Sapè suum imprudens littus adeptus onat.
 Et quis præterea tecum non gaudeat Heinse,
 Qui lucro apponit naufragia ipsa tuos
 Quis non iam dudum Salome tibi plaudere certus,
 Pristina cui tali damna redempta virot
 Ambo felices certè quibus arbiter Eui
 Tam bene mutatâ mulcet amara vice
 Lactura queis tos solatia ferre prioris,
 Inq; vicem sibi se restituisse datur.
 Nos nostra arguto testatos gaudia plausu
 Longa breui versu claudere vota iuuat.
 Viuite felices, par nobile, vna pudoris
 Altera, constantis alter imago fidei.

ELEGIA IX.

Bartholomæo Agricolæ Icto, Pro præse-
 cto Baucomiano.

DE te nescio quid nobis hic fama susurrat.
 Cubanâ Nymphâ cor caluisse tuum.

Minus

Illius & Nympha thalamos ambire ingales?
 Sed qua sit, nobis nemo referre potest.
 Teutonico fertur celebrata parocmia vulgo,
 Quam probat exemplum, Bartholomae, tuum?
 Scilicet ex thalaminis thalami nascuntur, & horâ
 Apertus haud ullâ spicula torquet Amor,
 Forte STOLO, memini, thalamis celebrabat in urbe
 Vitisera, Bacchi quâ vetus ata iacet:
 Tum te credibile est flammâ hausisse, Cupido
 Tot Nymphas oculos cum sitit ante tuos,
 Rhenicolas Nymphas, quas si quis viderit una,
 Dixit: in terram Gracia compta redit.
 Forsitan ex illis lecta est praestantior una,
 Dicere cui posses: Tu mihi sola places.
 Notissimam primosque gradus fetere chorea,
 Firmarunt ignes oscula mixta tuos,
 Tempore crevit amor: sat aliter omnia fuerunt,
 Numinis hoc factum quis sine lege putet?
 Gratulor ergo tibi sperata gaudia Nympha,
 Quaeque sit, ut flammis sit, precor, aqua tuis,
 Atque vices firmo stabiles tibi reddat amor,
 Vt iterum votis haud licet ire meum.

ELEGIA X.

Ad eundem.

I Dic Bartholdo sine me mea Musa salutem,
 Heu mihi tur secum non simul ire datur?
 Aut inter bifidi sacra ta volumina laevis
 Edibus in patris conspiciendus erit:
 Sin minus, inuenies cum Nymphâ dulce loquentem
 Quâ Rhenna Cyba mannae glauca laetant.

Eius

Eius delicias igitur turbare caueo,
 Consilium, expecta, resque locumque dabunt.
 Ne si sollicitos offendas forsan amores,
 In te agat iratus tela Cupido sua.
 Hic praesens etenim laesos defendit amantes,
 Illosque vltatrici vindicat igne Venus:
 Scis quam se vobis Dea praebeat illa Camænis
 In festam, quantas insidiasque locet.
 Hunc etiam furtim modo numina vestra colentem,
 Callida per fraudes in sua castra trahit.
 Ergo caue lusus interpellare beatos,
 Ne matrem irrites ne puerianque caues.
 Si poteris vacuo tradi, si cuncta soluta
 Cernes, Nymphâ ipsum non remorante, subâ
 Nec mora te quando lassam venisse videbit,
 Mox tibi mansuetas porriget ille manus,
 Quid venias, & quid faciam fortasse requirens,
 Hac te quarenti reddere verba volo:
 Viuis adhuc, nec eum capiunt obliuia vestri,
 Sed te absens meritis semper honore colit.
 Quo minus atq; sui possis meminisse, veretur,
 Ne tu corda recens forte retardet amor,
 Dum grata vincit un retinet te compe de Nympha,
 Cuius inextincto captus amore iaces.
 Scilicet exhilarant homines lepidaque puella
 Dulce canensque chelys donat, Bacche, tua.
 O te felicem nimium ena si bona noris
 Agricolam, hac tria cui iungere rite datur!
 Hic viride Baccho colles praestantia vana
 Gignunt, Gnosiacis amula vana meris.

Domi

Deniq; quam lepidas vrbs educat illa puellas?
 Quam cultas Rheni ripa habet illa Deas?
 Ex reliquis verum vultu sic una decore
 Emitet, ut stellis Cynthia luna suis.
 Nulla cui tentat contendere munere forma,
 Seu nitidis oculis seu roscisq; genis,
 Fallor an hac reliquis prastantior Anna Maria est,
 Nunciat ut nobis nupera charta tua.
 Cuius ab eximia forma succendit amoris
 Testo flagrantes igne Cupido faces,
 Perq; has illecebras te vicit & in sua castra
 Traduxit, Themidos qui modo miles eras.
 Hanc petis, hanc optas, tuaq; est hac unica causa,
 Huius in obtutu lumina semper habes.
 Iam contra obsessum niueis tenet illa lacertis,
 Deq; tuo collo non graue pendet onus.
 Iam te forte iuuat testudine ludere dalti,
 Illius ad streperas, nocte silente, fores.
 Iam quoq; sed multo referam quid singula verſe,
 Cognita que melius blandus amator habet?
 Hac igitur postquam narrasti cura, rogato,
 Ipsius à Nymphâ quantalacumq; siem,
 Et si forte velis tibi quid mandare refortp:
 Sicq; tua fuerit causa peracta via.

ELEGIA XI.

Descriptio Bacharaci & Cubæ.

INter vitiferos colles contermina Rheno
 Cuba iacet, multis anteferenda fide.
 Hæssi qua quondam insultantia depulit arma,
 Dum seruat domino debita iura suo.

Sino

Huic vetus imponet summo de vertice montis
 Arx, qua de bella nomina rupe tenet.
 Illic ingenti surgunt pallatia testo,
 Inter qua turris prominet alta procul,
 Et veterem in medijs Rheni undis despicit arcem,
 Qua breuis exclusas insula rumpit aquas:
 Hic ubi circuit stant fortia mœnia paruo,
 Dicit Palatini regia prisca Ducis.
 Haud procul hinc soli caput vrbs opponit Eo,
 Cui nomen quondam Bachus & ara dedit.
 Mœnia vitiferi pracingunt undiq; montes,
 Quos circum liquidis Rhenus oberrat aquis,
 Suspiciens Chalybis dictum de nomine castrum,
 Munitum muris, turribus atq; suis.
 Vrbibus hisce Deus multam largire quietem,
 Ut possint laudes vsq; referre suas:
 Sinsq; suo domino semper seruire paratæ,
 Quid nostro voto planius esse queat

ELEGIA XII.

Onomasterijs Ioannis Leonhardi Weidneri.

TRistitia fugiant, veteres procul ite querelas,
 Pristina corde meo cura recede procul.
 Latitia veniant, ventos tu quiq; gubernas,
 Hac luce horrifonas Æole claude fores,
 Fac lenes tepidas Zephyrus demulceat auras,
 Nec praeceps pluuias excitet Ausifer aquas.
 Turbida purgato pellantur nubila cælo,
 Illa dies omni libera nube vacet.
 Tuq; mei princeps & carminis auctor, Apollo,
 Huc ades & dicta metra canora mihi,

Sino

Sive sacri gelidâ recubas Heliconis in umbrâ,
 Seu te Parnassi culmina celsa tenent,
 Seu te Cynthus habet, seu Delus gratior illo,
 Huc age ser celeres ad mea vota gradus.
 Hinc agiles tecum veniant mea cura, Camæne,
 Et ducant hilari dexteritate choros.
 Dicite iò ter iò Charitæ, Panesq; petulci,
 Acclament Nympha Capripediumq; chorus.
 Tuque adeo Claria decus & noua gloria turba,
 Quem Musa studijs excoluere suis,
 Quo mihi vix totâ viuit coniunctior urbe,
 Maxima pars animi, chare Lenharde, mei,
 Pone graues curas, faciles contra indue vultus,
 Hora presentis munera lata cape.
 Nam tibi quam croceo portat Pallantias ore,
 Nomines illa tui gaudet honore dies,
 Ergo tuas niueas membris super inijce vestes,
 Vatis ingenuis congruit ille color.
 Non bene de digitis tibi gemma superba micabit,
 Aptum est temporibus nec diadema tuis,
 Laurus honos vatium, vatium gestamina laurus,
 Ipsa Pegasides Laurea ferta gerunt.
 Ipse pater vatium Lauro sua tempora vincit,
 Ambiat ergo tuas Laurus odora comas.
 Ecce tuo Lingelsheimij quam grandia festo
 Pieris & comitum cætera turba paret!
 Tu tamen interea nostram ne sperne camænam,
 Sic licet hat humilis, alta sit illa licet.
 Sic Mæro Diuinus quamuis supereminet omnes,
 Attamen haud Vmbri carmina blanda latent,

Atta-

Attamen & tenero gaudet Verona Casullo,
 Huicq; suum merito constat honore decus.
 Sic quamuis cantu superat Pilomela cuculum,
 Att canit hic tu cu quâ volet arte suum.
 Sic licet aëreum non viribus aequet oblorem,
 At sua mella tamen paruula fingit apis.
 Sic quamuis coruum non candida pluma celebret,
 Pennigero tamen haud exulat ille grege.
 At tu festa dies quam nunc celebramus ouantes,
 Sape ad nos latos, latior ipsa, redi.

ELEGIA XIII.

Adeundem.

Vrgendo quid non solertia prouida vincit?
 Quid non instando sedula cura potest?
 Vicimus hem tandem votis utcumq; potiti;
 Vidimus & Musam ad nos remeare tuam.
 Vix puto Nafonem tam latâ mente fuisse,
 Quando ipse ex patriâ litera venit humo;
 Dulcia quam nobis tua carmina, crede fuerunt,
 Abs te qua veniant vltima, lane, caue.
 Si nescis, refugit nullo exercente, peritq;
 Vena nimis longo corpida facta situ.
 Gramine, si nescis, sterili lolioq; repletur
 Vomere qui crebro non renouatur ager.
 Seu vestri affligant ingrata silentia claustris,
 Seu sent occlusa perpetuoq; fores,
 Tene idem Claria studium deponere turba,
 Quod queat à populo dinumerare rudi?
 Oda cum Latio cantaret carmina sacrae,
 Nonne Widelramus carcere clausus erat?

B

Te

Te melior fortuna fouet, nec proximus hortus,
 Nec facilis iuxta deficit umbra tibi.
 Secessum, an nescis, scribentis carmina quarunt,
 Imperturbata carmina mentis opus.
 Hinc loca sola petunt diurnisq; silentibus errant
 Phœbus & Aonides, numina nostra, nouern
 Vrbe procul, nil præter ubi fluxum atq; refluxum
 Scilicet humana quippe videre licet.
 Hinc selegunt veteres nemora aut vates,
 Natiuâ optantes secum habitare casâ:
 Hic ubi compositi mentem virtute quietâ
 Liberius possent viuere, teste Polo,
 Tranquillusq; oculis infra se cuncta videntes,
 Sublimi terras pectore despicerent.
 Sic ego si potero, strepitus femotus ab omni,
 Securo vita dicere corde dies,
 Fucosos vrbis post aspernatus amores,
 Rurestri ingenuam Phyllida voce canam.

ELEGIA XIII.

Ad Cognatum.

Hæc oblata mihi quando est occasio certa,
 Noluit officio Musa deesse suo.
 Sæpe quidem transmissa tibi, sed passa repulsam,
 Retulit ad tristem tristior ipsa gradu.
 Deq; viâ vanâ de frustratâq; labore
 Multa querens & de rusticitate tuâ.
 Sicne fidem seruas? sic perpetuone tacobis?
 Nec pia te precibus Musa mouere potest?
 Ex nostrâ quando discedens vrbe petisti
 Argentinensis doctâ Lycæa schola,

Cumq;

Cumq; vale, mæsto iam diximus ore supremum,
 Audebas, memini, talia verba loqui:
 Nostram cum Iuli capient obliuia mentem,
 Ad fontem Nicri versa redibit aqua.
 Nicre reds retrò, versa q; recurrere lymphæ,
 Sustinet agnatus non meminisse mei,
 Nam si cura mei vel amor tantillus adesset,
 Purgasset tandem littera missa moras.
 Pauculq; vel saltem dixissent verba salutem,
 Si nimio rerum pondere pressus erat:
 Id quoq; non noti faciunt, nec ferre salutem
 Nec parili quanquam voce referre pigeat.
 O tumidum pectus qua te secordia cepit!
 Durius heu duro cor adamante tuum!
 Hostis ab hoste tamen recipit mitti q; salutem,
 Et sua pertenuis murmura riuus habet.
 Prouida nil mutum genuit natura, nec ales
 Nec fera torua silet, sibilat anguis atrox,
 Squammigerumq; genus tenui vice vocis anhela,
 Atq; suum reddunt tympana pulsa sonum.
 Ergo caue ne te superent animalia bruta,
 Qua parte ex omni nil rationis habent:
 Sedulus at posthac qua sunt neglecta repende,
 Nec pigeat breuib; scribere pauca notis.
 Sic tibi ter terna faucant Heliconis alumna,
 Sic ad si studijs dexter Apollo tuis!

ELEGIA XIII.

Friderico Lingelshemio.

A H quid me miserum toties Friderice fatigat?
 Quid me tot lapidis versibus auenenis?

B 2

Quis

Quis ego nec veniens queo respondere sub auum,
 Vt mihi sit Pylis linguam diserta senis.
 Quid quisq; inculcatis gaudes cognoscere carmen.
 Forcundus cultis carminis ipse parens?
 Perfacile est, credo, tibi me depescere carmen,
 Dat tibi per ludium, dat tibi perq; iocum,
 Quod mihi sudanti multam multumq; precato
 Ægre recluso Pieris ore praeit.
 Quin potius Batauos vates Bauarofq; laceffis,
 Qui certare tibi, qui resonare pares,
 Quemq; bono nostro Gruterum hac mœnia seruant,
 Hos adeas: pil nos prater inane damus.
 Sed te forte iuuat nobiscum ludere: quare
 Quod vis quodq; iubes hoc breue carmen habe.
 Scilices & victo mi iniuria proderit isthac.
 A magnis vinci laudis habet speciem.
 Hætor Achilleo succumbit robore victus,
 Victoris famam participatq; sui.
 Sic à te vinci quoq; dulce est, namq; redundat
 Ad me aliquid laudis non minus indo tua.

ELEGIA XV.

Nuptijs Richardi Bachouij Ectij, & Annæ
 Brigittæ Freundin.

Plaudite Neccarides, pulcherrima numina, Nym-
 pha,
 Plaudite festiuos & resonate modos!
 Quis calathiq; virent variorum germine florum,
 Vos Dryades, sponfos cingite flore novos.
 Festa propinquarunt Cypria gratissima, festa,
 Quis sua Bachouio gaudia tradet Hymen.

Dulcis

Dulcis Hymen, ah dulcis hymen, ades huc Hymenæe
 Detur & in cupidum pacta puella sonum,
 Illa fauore bona locuples lunonis, & alma
 Muneribus Veneris Anna Brigittæ potans:
 Hanc Richarde facit tibi res & nomen Amicam,
 Hac deuota tuo spes fuit apta thoro.
 Hac tibi quas flammæ mouit, restinguet easdem,
 Et restinguendo rursum alimenta dabit.
 Mollis er alterno dum sic luctamini in igne,
 Interea votunt nos cecimisse iuuat:
 Viuite felices, concordam degite vitam,
 Inquinet vnanimem nulla querela thorum.
 Ver flores, æstas fruges, vindemia mustum,
 Filios thalamus filiolisq; ferat.
 Hæc si non vanis voti reus assequat auis,
 Frita nec fuerint verba, serare lubet.
 Plaudite Neccarides, pulcherrima numina, Nymphas
 Plaudite vos Dryades, tuq; Hymenæe faue.

ELEGIA XVI.

Nuptijs M. Ioannis Reinhardi & Susannæ
 Catharinæ Reuterin.

Sic tandem votis ambo Reinharde potiss,
 Reddemus fausto debita vterq; thoro.
 Tu quam fata tibi douant Nympham, accipe laus,
 Me mea promissis soluere Musa parat.
 Sic, memini, Gray tibi carminis elite vomi,
 Anni decursum sobreperebat iter.
 Voni equidem, votisq; Dent fauere ecce secutis,
 Quod vomi atq; petis iam tibi sponfus habes;

B 3

Quam

Quam bene anhelaſti gemitu Reinharde calenti,
 Suſannam gaudes obtinuſſe tuam:
 Meq; reum voti reus ipſe agis, ac procul inde
 Vſq; incos plauſus riſe eiſe inuau.
 Conſucor fueras nobis prior ipſe rogandus,
 Ni tuus officiūm hoc praripuiſſet Amor:
 Ni quoq; feciſſent aſura interualla locorum,
 Promiſſa ut fuerint illa p̄ſenda tibi.
 Da veniam atq; ignoſce ſimul, iam nunciūſ inſtans
 Me iubet anguſto claudere vota matro:
 Felices vn̄a concordī diuſite lecto,
 Ex reliqui vobis hoſpitū ore precor:
 Laudetur ſimili coniuſ tua prole, marite,
 Emula qua ſit auis, emula ſitq; patri.

ELEGIA XVII.

Nuptijs Iohannis Wilhelmi & Bar-
 baræ Romanæ.

Sic tandem portans genialis gaudia lecti
 Auspicio ſenſim nox ſubit orta bono.
 Iamq; valedicū miſſa ſibi plaudere turba
 Sponſus, quando intus fabula reſtat agi.
 Poſcitur ab miſeranda puella feroce marito,
 Ah actum eſt. Virgo poſceris, hymen ades,
 Hymen ades, Hymenae, Hymen, Hymenae veniſſe.
 Et Veneris puerum duc Veneremq; ſimul.
 Nocturnine faue, tuq; Heſtere ſidus amantum.
 Lenta ſac optat̄ tempora noctis eant.
 Tu quoq; ſanctē Geni volucris pede ſauſtus adeſto,
 Heſitat ad thalami iam noua nupta fores.

Ergo

Ergo valedicas relictis, ſponſa, puellis,
 E quarum cenſu nunc abuſſe inuau:
 Et inuau & ceſſas, & iam placet ire, ſed ab quid
 Tricoſa video ſemper obſiſſe mora?
 Barbara tolle moras, fruſtra pugnaſis Amori,
 Neu pudeat, lici, ē iam pudor exit iners.
 Hymen at o Hymenae faces extingue moleſtat.
 In tenebris gaudet ſerpere cæcus Amor:
 Sponſa venit, tua ſponſa venit, iam ſponſe vir eſto,
 Aſſiduus dulcem hanc Barbariemq; cole.
 Eſto vir uſq; quoad teneros exiſtere natos
 Aſpicias: vita hac eſt noua cauſa noua.

ELEGIA XVIII.

Iurisprudentiæ prerogatiua. (deſt.)

Quid tantem Hippocratis didiciſſe volumina pro:
 Atq; tenere animo pharmaca cuncta ſuo,
 Seminaq; omniſigeni noſſe & medicamina morbi,
 Deniq; quod ſanum corpus habere inuau.
 Si ſcelerum interea vitioſum bruta per orbem
 Colluuiis nullo iure reſpreſſa furit,
 Si miſerum turbat diſcors iniuria vulgus,
 Rectoresq; regit praua libido malos.
 Siue ſua valeant mortalia corpora ſponſia:
 Seu valeant operā, Doctē Galenæ, tua;
 Nec luxum Eunomiæ prudenti lego reſfrenes,
 Pabula quem Medici nouimus eſſe gregis,
 Nec pœna paſſim formido coërceat urbes,
 Et cum iuſtitia culta ſorore Themis,
 Annon terra ſuis dudum deſerta colonis,
 Et morte ac mortis plena timore foret?

B 4

Mutina

Mutua dum impunes furiarent vulnera gentes,
 Certatum & pessimum se daret ipseus homo.
 Ergo nequit sine iustitia consistere mundus,
 Stare queunt homines absq; medentis ope,
 Viuacem vt retinens animalia bruta vigorem;
 Quis nec iniqua Venus nec male Bacche nocet.
 Artis igitur Medica sapientia Ciuica prastat,
 Quâ sine nec Medicus nec Medicina foret.

ELEGIA XIX.

Christiano Deuitio Pom.

SI vacat exiguum tempus dare mira canenti,
 Nec, Christiane nouus nunc honor obstat, ades.
 Mira canam, sed vera canam: succurrite Diua
 Cernere qua tantum me voluistis opus,
 Vos mihi materies prauise, vos mihi carmen,
 Prælia vestra loquar, præmia vestra loquar.
 Nox erat & tacito læbentia sidera cælo
 Sua debant molli ponere membra thoro.
 Nec mora, somnus ubi victis irrepit ocellis,
 Versabant animum talia visa meum:
 Concaua vallis erat, circumdata montibus altis,
 Roscida fœcundo flore virebat humus:
 Multa laborabat riuo trepidare recurus
 Lympha, vaga passim fons erat vber aqua.
 Hic ego dum spatior solus; dum lumina pasco,
 Pellustramq; locum corda solutus eo:
 Dum vocale auium resona certamen & Echus
 Audio, dum totus rebus & hisce vaco:
 Ecce venit niueo circumvelatus amictu
 Intonsus præiens sceptrâ gerensq; Deus.

Pond

Pond puellarum speciosa cæterua secuta est,
 Omnibus ambibat laurus odora capua.
 Candida vestis erat, fluitabat in ordine cunctis
 Cum plectro ex humeris molliter acta coma.
 Docta loquebantur vestes mihi numina Phæbi,
 Prodebant Clarus ordo habitusq; Deus.
 Cerno; terror habes me post dumeta latentem,
 Nec possum sati conscius esse mei.
 Et iam quaq; suas vt ei desinje aras
 Et munus, sedes occupat hincq; silet.
 Cum prior his (utinam Diui bene verbare ferre)
 Carminibus possem) talia Phæbus ait:
 Noster amor, Musa, Sophia quibus ostia Dia
 Parnassiq; sacri Tempe habitare datum:
 Credo equidem vos nosse Dea, quibus omnia nota,
 Quas latet haud vnguam quod fuit aut quod e-
 rit.
 Hactenus Adnio quam desudârit in aruo,
 Deuitius nostri pars studiosa chori,
 Ecce recens Sophia portâ nunc intrat alumnus,
 Propositaq; illi pars bona mensa via est,
 Ergo fatigatus ne in cursu concidat ipso,
 Tadia neu subeant sic retrahatq; pedem,
 Pergendi illecebras, exhausti dulces laboris
 Serta refrigerium laurca, mando, date.
 Nutrit honos artes: studium, pensataq; cura
 Crescit, & immensum præmia calcâr habent,
 Conantem iuuat ipse fauor, minasq; labores:
 Cumq; suo gratum pectore feruet opus,
 Feruet opus, sperent si præmia digna labores:
 Nemo laboriferum spe sine versat opus.


B 5

Fortiter

Fortiter audentes nisi Mars quandoq; coronet,
 Qui velit eius opus visere nullus erit.
 Hipponeni cursa haud ausus certare fuisset.
 Vincens merces ni data virgo foret.
 Nunquam, ni pretium foret Hippodamia, subisset
 Ancipitis cursus dura pericla Pelops.
 Maior Abantiadis fuerat solertia, postquam
 Seruanda Andromede pacta brabeia forent.
 Sic sit & huic pretium fuerat qua causa laboris,
 Lauream perpetuas insemata comas.
 Dixerat: exoritur contentio magna sororum,
 Quaq; inquit studij te decus esse sui:
 Quaq; suis verbis fauet & sibi munia sumit
 Ornandi sacro frondis honore tui.
 Me colit, hac inquit, sed & hac, sed & illa, colis me,
 Exceduntq; suum iurgia tanta modum:
 Blanda sua Cythara iam te pronunciat aptum
 Terpsichore, additum culta Thalia Lyra:
 Calliope cantus, sandiq; Polymnia doctum,
 Vindicat & pariter tuis sibi quaq; suum.
 Tandem indignatus Phœbus litibus perosus,
 Quippe videns odij semina certa grauis,
 Insidiam ut caueat, motusq; ut repprimat iras,
 Projicit in medium talia dicta chorum:
 Non equidem tantos Diuorum pectora motus,
 Ipsi mi videam, posse subire putem.
 Soluite corde iram Musæ, secludite rixas,
 Sape solent rixas magna subire mala,
 Res hac qua mouit, motus quoq; leniet iras,
 Si modo sis dictis auris amica meæ.

Quare

Quare ita habetis Dea, de quo certatis, eundem
 Na decus ex aequo idem esse chori.
 Vno huic ergo volo faciatis ferta labores,
 Eius ego imponam protenus illa comas.
 Assensere omnes: facilis plaususq; secretus
 Comprobat arbitrium consiliumq; Dei.
 Ergo parant vno tibi laurea ferta labores
 Dant Phœbo, adijciunt vota, canumq; super.
 Vix ea finierant: cum oculis mox soluisur ipse
 Somnus & Eos lucret ab axe dies.
 Miror, mira satia cum somnia mente retracto,
 Post tamen ac ipsi congrua nosco rei,
 En mea carminibus Musarum carmina iungo,
 Et votum votis hoc breue necesse pijs:
 Deusq; vireat noua laurus, ut altera mox hinc
 Ascendat, summa & laude Magister onet.



LIBER CARMINVM.

ODE I.

Ad Iesum Christum.

Christe supremi soboles Iehona,
 Qui tuâ culpas hominum nocentium
 Morte soluisi, rigidos miserum
 Axe labores,
 Te canam summi Patris & Maria
 Filium, uallem petisse fonte

B 6

Ter

Terream mortalis in arcta lapsam

Vincula massa.

*Nos nisi vita bona reddidisset
Per dolum amissa, geminum parentem
Fraude cum traxit male suadus anguis.*

Orcus haberet.

*Iam sed inferni duce te reuulsas
Fregimus portas, & ijs relictis
Horridos ignes & iniqua nobis*

Fugimus antra.

*Tu pias celsis animas reponis
Sedibus, mundi tumidum coercens
Principem dextrâ superum potenti*

Terrigenumq̃.

O D E II.

Nuptijs Bartholomæi Agricolaꝝ I.V.D.

A *Gricola dextro sponsus exit omne,
Ducens amatam comparem,*

*Ut coniuges novos benigno prosperes
Cornu, memento Copia.*

*Bonus dolosus Angelus technas malis
Omnemq̃ luctum differat.*

*Insurgat Hymen corda quantus mutuo
Nubentium vinclo ligat:*

*Nec sidus vllum hac nocte iniquum appareat
Quâ lectus idem ambos capit.*

*Mineribus nec perfratur gaudijs
Quam Tobia natus senis,*

*Cum Sara linguens patriam procul domum
Peruenit citus in lares.*

O quor-

*O quantus instat nuptijs fauor tuis
Tibi tuaq; gratia,
Et illa non ingrata gratulatio
Precesq; dulces hospitum!
Annun secundo cum volubilis Poli
Cursus rotatu exegerit,
Et prole te Bartolde speratâ patrem
Fœcunda nupta fecerit,
Tenella Iunonis immolabitur bidens,
Et nuptiarum agnus Deo.*

O D E III.

*Onomasterijs Laurentij Zingrefij Icti
Consiliarij Archipalatini.*

V *T dulce cunctis ac volupe est, dno
Vitalis aura munere perfui, &
Amabilis conuexa cœli
Posse tuerier, esse cunctis
Perinde iucundum auigenis puto,
Fausso secundi temporis omni
Horâq; natali dicata
Et legere & meminisse vota.
Proin Calendæ carmina ceu dedi
Lani reuerſi festa nosantia,
Laurentij sic appetente
Fas quoq; plaudere luce Musam.
Sol:mnis est hac nam mihi, proprijs
Es sanctior lux iure genethlijs,
Annos quod ex hac affluentes
Haud patria sine singulari*

B 2

Fructu

Fructus suorumq;, ô pater, ordinaat:
 Hac ergo curas pellere fas tuas,
 Fas occupatum maestiori
 Anxietate animum lenare.
 Porro Camœnam cum preculis pœp
 Festas corollas ferre decet meam,
 Non absq;, blandis barbytorum
 Vocibus & modulus canoris.
 Sic quod mearum partium eris, presor,
 Spica quot implent horrea, tot tibi
 Videre natales valenti
 Teg, frui mihi det Iebous.

O D E I I I I

Ad Iohannem & Andream Firleios Liberos
 Barones de Dambrouicâ, Fratres
 germanos.

A lto volentem dicere carmine
 Procul reuersos, territa Pieris,
 Splendore vestro, haud congruenti
 Tempore desituit Poëta,
 Illustre gentis Sarmatica decus,
 Claro Barones sanguine nobiles,
 Quis vos redonauit Lycœ
 Myrtilœ, veterisq;, Nicrî
 Latantis vndis, & reditu super
 Vestro impetrato dulcisonis sibi
 Ipsi susurris gratulantis,
 Cornuaq;, insolito efferentis
 Tumore? Quid quod qui nimio haecenus

Torrens

Torrente fluxit prorsum inamabilis,
 Vestros sub aduentus Olympus,
 Latus aquas cohibet frequentes.
 Grati benignis ô nimum polis,
 Quis ridet ather vsq;, aucto nitens,
 Quos tam serena semper aura
 Prosequitur facie meantes!
 Vobis auitum cuncta licet solum
 Fuit daturum, viuifica & dormi
 Imago virtutis paterna
 Splenduerit licet emulanda:
 Tamen sit uno cum experientia
 Non septa caelo, cochlea sicuti
 Morosa prius delitere
 Perpetuo haud voluistis intra
 Lares, sed instar nubiuaga Iouis
 Nidum volucris deserere, exules
 Scientia factiq;, amore
 Per varios populos volare.
 At magna coner quid tanis? vetat
 Lyra imbecillis, Musa breuis vetat,
 Ne parua Tyrrhenum per aquor
 Linea dem, egregiasq;, laudes
 Culpa pusilli diminuam ingeni.
 Habete votum: Vos reliquo Bonus
 Vestra peregrinationis
 Angelus in studio secundet.

O D E V

Ioanni Georgio Vonder-Grynio, Con-
 siliario Archipalatino.

A Mice Gryni, non ego plurimae

Vir.

Virtutis in laudam, at trepido tua,
 Nil talium desiderantis,
 Nec decus huic super allaboro,
 Quam quippe sublimem addita gloria
 Clarat; nec extra se titulorum amat.
 Augusta dependere fucis,
 Ipsa sibi in precium redundans,
 Sed ceu viarum lassus, ubi pedem
 Deuenit alti montis, & illius
 Desperat ascensum aequiorem,
 Lumina in aëreo irretorta
 Defixus hares vertice, suspiculus,
 Quod non adire est: circuitusq; iam
 Compendiarios viarum
 Impatiens meditatur otii:
 Sic nostra quando Pieris (impotens
 Tanti decoris tam celebre assequi
 Fastigium) certantia in te
 Ingenio bene nata summo
 Digna nec unquam scribere polleat,
 Dotes tot in te cogitur insolens
 Stupore mirari profundo;
 Quam ut sibi te celebrare sumax.
 Cælestis annos gratia det tibi,
 Petes enim à te cætera; sint modo,
 Sint opto virtuti inuidenda
 Tempora longa tua, Georgi.

O D E VI.

In obitum Thomæ Rhauij.

Heu spes inanes! tam parum mortalibus
 Secura nobis obtinere gaudia!

Et

Et nuptiales cuius exultans modo,
 Nunc furer aler tristis exequor faces?
 Amice Rhauis, sicne poss' thalamum nouum
 Præter tuorum vota mox tumultum subisti?
 Qui dum prioris sat a questus coniugis,
 Tibi secundam, paruulis fidam tuis
 Matrem putabas reddidisse tutior.
 En impotentia repperit us spiculis
 Morta, familiam vix refultam adhuc bend
 Ipsusq; te relinquit ab nimis citò.
 Ergo fuisi, quemque præcepit tibi
 Natura cursum strenuè decursus est.
 Tibi parata iam quies & in vado
 Res omnia, optatam cui metam datur
 Adire, sanctas & beatorum domos:
 At nos, quibus das decrepantem lampada,
 Immans quisanus sudor ac labor manet,
 Periculorum & conciternata agmina,
 Dum, quo præstisti illuc iubemur insequi.
 Salue interim mihi & vale nonissimum,
 Ac nostri amoris, exq; eo dolus, has
 Testes supremos, lacrymis si quid pij
 Manes iuantur, haud iniquus accipe.

O D E VII.

Nuptijs Wilhelmi Bersingi Consil. Achipal.
 & Annæ Mariæ Stolianæ.

Descende cælis à Venus, frugi Venus,
 Tu qua pulchris præsidet amoribus,
 Est casta Nati tela moderaris tui,
 Huc age verendam ingressa Frugalium.

Noni

Noui benigno comparis donaria
 Agnosce vultu. Sponsus en ut deniq;
 Potiri amoris laus, impigrâ tua
 Sufficit ad i mente Zonam virginis,
 Non vsquequ iâ, rennuentis, quippe qua
 Sat virginali visa fortuna hactenus
 Litare, itempus admonet praesens, ut hinc
 Valere iussa porro suspensis sacra
 De trabe seruis, sponsa maiorisq; hera
 Transcripta iuri, uxoriâ mulier decens
 Sortem frequentet, & Viriplaca deim
 Diua Sacellum. Tu modo Bersinge mi,
 Cum Noctiluca Demina duxq; siderum
 Nouena lucis darina repararit sua,
 Horâq; partu sponsa Lucinas bono
 Experta te patrem ipsa mater fecerit.
 Exsolus sis, ut vult vetus mos, debitos
 Immonis alma nummulus arario,
 Nec non memento liba Cuisina offeras,
 Et Fabulinum & lacte places Ramiâ.
 Sic interim vsq; & vsq; pergite inuicem
 Certare tenero in igne bina corculâ,
 Pulli Diones aures aureola Dea.

O D E V I I I .

In disputationes Physicas Friderici
 Seucrini Dani.

ERgo indefessam pugnam pugnasse, Friderice,
 Natura & intimos recessus
 Vi penetrasse cupis?

Et cupis atq; poses, studio releuante laborem,
 Quo te videmus delibutum
 Cedere nolle, prius

Quam penitus Sophies operosa peruiseris vsq;
 Secreta, & admissus reductâ
 Ingrediare alyta.

Hanc tibi Dij seruent mentem, Friderice, tenacem,
 Ac diligentiam irreflexam,
 Mox mihi victor eris.

Sustulit Alcides Nemeaum forte Leonem,
 Idem resfrendentem efficaci
 Marce cecidit aprum.

Prælia magnanimus plurima gessit Achilles,
 Laboriosum vnusq; in vno
 Hectore vicit opus,

Ac leuiora suis tolli sic Pergama Graijs,
 Frustra decennali petita
 Obsidione, dedit.

Hinc sibi perpetuos ambo peperere triumphos,
 Famaâq; transmiserè ad vsq;
 Sacula nostra suam.

Tu sed cordata miles studiose Minerva,
 Percellis hostes veritatis
 Viribus ingenij.

Hoc tibi maiores feret hac victoria laudes,
 Obliterare quas vetustas
 Nullaq; fors poterit.

C A R M I N V M
O D E I X.

In eiusdem impressionum aerearum & mirabilium Naturæ operum Meditationationes.

NAm quod Fridericum, quod Meteoricæ
Ardor stupendas visere subuehit
Per amplum inane impressiones?
Scilicet ingenij expedita
Benignioris Vis vocat, insuper
Terris relictis cætera per gradus
Abstrusa Natura tuert.
Sic Aquila soboles volatus
Tirone cælum liberius modo
Experita, victrix altius usque iter
Affectat, haud quidquam minacis
Fragigias ubaris morata.
Sic ille noster perdociles breuis
Agnos iuuent a passibus impigris
Prægestit, & nouis Paternum
Laudibus assertisse nomen.
Iam nunc coronam de viridi tibi
Laurus Camæna deproperare amat.
Nec suævis externis brabeis
Incomitata manere virtus.

O D E X.

De Cifnero Rediuuo Opera Quirini
Reuteri Theol.

Salvete manes, pars relictæ Cifneri,
Abstrao quem olim ansistitem sibi rarum

Dile-

Delegit, & cui Pallas illa, Nicrinis
Amica ripis, pectus indidit factum
Verè metallo nobiliore, vos, inquam,
Salvete manes, pars relictæ Cifneri,
Et si qua tangunt gaudia hæc, lepidè vestri
Gaudete honoris: ille se ecce Reuterus,
Sacer supremi mystæ Numinis, sistit,
Obliuionis nocte vestra qui solers
Postliminio resciscit, at a sub dium
Dextero labores scripsit Cynthio nata,
Momoq; (nasum scilicet cui soli
Concessum habere, pra se ut eleues cunctos)
Ostendat, his quoq; haud minus plagis nostris
Pelittoris dona literatura
Indulta, Phæbos nec minus suos nasci.
Tu sospitator ingenij modo, Reutere,
Cifneriani, patria decus clarum
Sic vindicare post, & in hoc tuum, perget
Perge o fauente persicâ bonâ feris
Industriam hanc probare posteris gratam.
Sic fama perpes, cum vigeni e Cifnero,
Te subleuatum candidis sub astram aliis
Perennitatis ante colloct Fanum,

O D E X.

Nicolao Matthiadz Bachendorpio Medi-
co, secundum Iponso.

MAtthiada flores apricos nocte, coronam
Pimplæa dulcis nocte Bachendorpio.
Hunc sibi busq; nouis, hunc teg; tuasq; sorites
Pl:stri sacrare Lasbij decus alite,

Dum

Dum vacuo nuptam thalamo induxisse secundam
 Sollemnitate festâ Hymenaeus imperat.
 Sic ubi tempestas irato turbinis aestu
 Tumultuantis distulit clauum ratis,
 Incerto mecens ausferri Nauis a Ponto,
 Orbem gubernis ut ratem recentibus
 Instaret, citius as enauigat ocuis oras.
 Nam longius quid immorari naufrago
 Inuerit hunc viduum laceratâ naue profundat
 Quid usq; anhelum turbido te iuuerit
 Suspirare mari, doctissime Bachendorp
 Exporge frontem, lata se promit dies,
 Hospita votiua quâ te Linnesia portu
 Inuitat, atq; Margaritam amabilem
 Commendat sponso vicinia tanta, maritâ
 lacturam adempti lateris hac redimens nouâ.
 Ecce tuo, cum luce bonâ, famulatur honori
 Longo videndam pompa se cœtu explicans,
 Dum tua vota sacram tecum sistuntur ad aram,
 Praesentium cum quisq; vobis gestice
 Hic Diuam prece sollicitâ exambire Salutem,
 Seu Fuffitatem, Fata seu clementia:
 Ille vel unanimi genialia tempora Lecti,
 Fixam vel animi firmitatem & corporis:
 Quorum ego, cum comite, attento vestigia gressu
 Legens, ut ipsos emineas pompa ordines,
 Sic quoq; pauciloquo claudam vota omnia voto;
 His ut secundos Ihoua tribuat exitus.

O D E XII.

M. Christiano Spirino B.

I Mo cordo tibi, Spirine, grator

Quod

Quod tandem tua causa sit peracta,
 Nec cogaris habere bestiam illam,
 Insanam, maledictam, & obsoletam,
 Illam impuri animiq; corporisq;
 Clamosam meretricem, & exfuturam,
 Quâ vix sol videt impudentiorem,
 Hoc unum doleo, miser quod exul
 A nobis iubearis esse clauso
 Nunc in carcere, nec sales sietos
 Dispensare tuis iocosq; amicis
 Pro more est licitum. Sed esto latus,
 Nec te pœniteat pati libenter,
 Quod iam corrigere est nefas modo vlllo.
 Ut post frigora dulce ver redibit,
 Ut post nubila Phoebus emicabit,
 Sic te tempora post pusilla nobis
 Reddet carcer atrox placentiorem.
 Quodcumq; interea mali videtur
 Ingrati bidui minatus horror,
 Aequo peiore deuorare malis,
 Quam vitâ sociam sequentis Annam
 Inducaris habere, bestiam illam
 Insanam, maledictam & obsoletam,
 Illam impuri animiq; corporisq;
 Clamosam meretricem & exfuturam,
 Quâ vix sol videt impudentiorem,
 Imo in carne Diabolum ambulantem.

O D E XIII.

Wolfgango Theoderico Fischer.

A T d Deorum quidquid in caelo regit
 Terras & humanum genus,

Quid

Quid ista fert absentia & silentium

Fischeri amicali mei?

Pergrande dulcis Musices decus precor,

Per improbaturam hac chelyn,

Diutius quid me fugis, lubentia

Ipsamq; te priuas bonâ?

Domum meam nec eierasse te puto,

Aut Barbiti argutum sonum,

Quin redde te tibi, mihi, & testudini,

Qua misera iam situm timeo:

Quid usq; lioris prosi impallescere?

Vices requirunt omnia.

Dulce est labori mixta recreatio,

Est dulce desipere in loco.

ODE XIV.

Conrado de Spina.

Nimirum hoc posuere tui, Conrade, labores.

Quos profecundo literario cultu

Quos te compleperimus passim exantillasse videndis

Terris remotis, exterisq; discendis

Moribus ac linguis. Ergo te quando supremo

Honoris in gradu alina sisit Astræa,

Audim' quei acclament omnes, Feliciter, euge,

Academici gaudeant tibi Patres?

Cuncta fauent, gratâre tibi, mox cætera Diuum

Te turba donis occupare certabit.

Dulium ardet multam tibi luno offundere opum vim,

Venus illam & illam abinde quaris offerre.

Quid loquar? omne tibi conspirat Numen, & ultra

Te prævire pramijs amat. Sic sic

Dulce

Dulce laborare est, cum non properamus ad illa

Nos tantum, at illa cum quoq; obuiant nobis.

ODE XV.

In Ciceronem Iar. i Gruteri.

ET quis, nisi ipse ferreus, neget, priscum

Redire in aurum saculi notam nostri;

Quo victa tandem Bellua illa multorum

Barbaria capitum, & inscientia turba

Cessit? Videre est litteras venientes,

Bono bonorum quidquid vsquam Authorum

Latiniorem est, quidquid vsquam Graium,

Grutere, nempe Persica, & quod ambiri

Præterea agendis rebus assolet Numen,

In te suum fauorem id omne consensit,

Aded usq; plurima inuidenda, & æternum

Victura, tractim publico allaborasti;

Nullum laborem relliquumq; fecisti

Cuiquam, iuvando porro literato orbi.

Iam qui loquela norma prodis Arpinas

Tuus, ille quo nec possit extitisse vsquam

Perfectius nec absolutius quidquam,

Tibi tanta debet, quanta confitemur nos

Debere vestrum utriq; Nam nec est maius

Ciceronem habere, quam suo laborantem

Ciceronem habere cultui redonatum.

ODE XVI.

Epicedion Sciuri.

ERgo & tu miserabilis Sciure,

Saltabunde Sciure, mi finist

C

Qui

Qui mecum modo compari perempto
 Congesta inferias dabis arenâ,
 Equando solito profundiori
 Visus murmure triste nescio quid
 Et lugubre queri, tuisq; habere
 Nonnullas oculis subinde guttas,
 Atq; illas tumulum super recentem
 Fraternalis dare manibus bibendam,
 Cum quo plena tibi fides in omni
 Et concordia contingere vitâ,
 Cum quo nequitiâ dolosores
 Cum quo luxuriâ proterutores
 Cum quo delitias socosores
 Nunquam non domino vacantiord
 Iucundis nisi lufitus parabas.
 Verum & tu miserabilis Scire
 Saltatunde Scire mi Fufisti,
 Dum fratri esse diuitius superstes
 Nolens, heu dominum relinquas orbem,
 Cui folatiolum unicum fuisti,
 Cui circum infilians & allubeſcens
 Preſſis iam digitos remiſſio res
 Labris carpere, morſumculisq;
 Iam clementibus innocentiorem
 Notam inſigere dentium ſolebas,
 Tentans officioſus oſculillis
 Mox utramq; manum, peduſculisq;
 Argutantibus hinc micantibusq;
 Ducens luxuriuſculas chondas,
 Necnon & faciles mouere nôras
 Mollis perbonâ ventulas ſtabello.

Quo

Quod nunc dexteritas tua illa abiuit?
 Quod ſolertia corporis, pedumq;
 Saltus, oſcula, morſumculaq;
 Nempe his illecebris cavere cogor,
 Nempe his nequitiâ perire manis;
 Quam fratri eſſe diuitius ſuperſtes,
 Ut conſtare tuam fidem vel ipſâ
 Huic in morte loquatur omne vulgus.

O D E XVII.

Iano Gebhardo edenti Catullum, Tibullum, Propertium.


Gebharde ô Clavis dudum accensende cæternis,
 Quis literarum gloria natum neget,
 Te quis non dicat cunctiorum ferre favorem,
 Favore Pallar quos ſuo dignos facit?
 Per varios genus omne gradus iuvat ire laborum,
 Scrupenda ſenibus hinc crepas crepundia,
 Aggredieris magnos fauſto iam ſidere vates
 Amoris illos lacteos Triumviro,
 Quintâ parte ſui quos Neſtariſ imbruit alma
 Venus, Catullum & Albium & Propertium;
 Hos inquam aggredieris fauſto cœnamine vates,
 Mox his relictis iurium penetratia.
 Surge Palatinic ſic ô nonne ſurcule ſylvis,
 Fies ſacrarum nempe tu quoq; arborum.

O D E XVIII.

Nugæ nugarum ad Balthaſarum Venatorem P.L.

Nonne meras mundus nugas tractare videtur
 Humana nonne vita nil niſi luſus.

Nil nisi fumus iners vita est & somnium inanes
 Quid aulicorum splendoras stupet nugas
 Plurimumq; breuis velut tridis ecce colores,
 Dum tu stupetis ista, cuncta trānsibunt.
 Sors quid amatorum est aliud, quam suauē plācensq;
 Delirium, vanissimis frequens curis?
 Quid studiosa cohors? nempe ingeniosē & acutū
 Nugantur, atq; ineptiunt nimis doctē.
 Qui propter vitam vinedi pēdere causas
 Mercator ardet, nil nisi anxias nugas,
 Nil prater miseras nugas agit ille, inopem qui
 Vitam trahit post mortem ut inde sit diuēs,
 Quos inebet ambitio praeferre negotia celsa
 Securitati honesta & otio tuto.
 Quid nisi solemnes nugas plenaq; peris. li
 Mouent; at illum nonne strenuē dicas
 Seria nugari, qui tot nugantibus inter
 Mixtus, putabit esse solus exemptus?
 Deniq; quid vates, quid natio comica tandem?
 Quid nonno de nugis meras damus nugas?
 Me, Balhsare, vide, comprehendere cuncta volētem,
 Dicesq; nugas maximas dare nugarum.



EPIGRAMMATVM LIBER.

Friderico V. Electori Palat. sub hyemem reduci.

Non ego virtutes breuis alite carminis ausim
 Simere cantandas, Dux Friderice, tuas;
 Nec

Nec dignē satis egregios memorare labores
 Polleo, queis nobis otia grata facis:
 Frigoris offensas nullas, nullam atheris iram,
 Pro populi veritus prosperitate tui.
 Cui placidam seruas vigilantia vestra quietem.
 Securo curis cui licet esse tuis.
 Non ego ceratā aggrediar praelustria pennā,
 Ne ferar immenso nomina demq; mari,
 Neve velut patrias auso tractare quadrigas,
 Viribus exiguis non bene cedat onus.
 Deniq; cum nemo queat hac tam celsa referre,
 Quin culpa ingenij deterat illa sui:
 Ipsa tuas dicant, Dux magne, silentia laudes.
 De te nil praestat quam cecinisse parum.

De quaternione Domūs Electoralis Palatinae post natum Friderico V. Electori filium secundum.

Gaudete, nostra quicquid vspiam est plebis,
 Nam vera si sunt qua loquuntur Euclidis
 Pueri, figuram aptissimam esse quadratam,
 Sese tenentem firmiter sua basi,
 Nusquam iacentem, sed sui similem semper,
 Quis non Palatinam undiquaq; perfectam
 Tutam undiquaq; gloriabitur gentem,
 Cubumq; nostrae laude tollet in caelum.
 Felicitatis, usq; & usq; secunda,
 Hoc principali stante faustiter quadros
 In eandem sententiam.

Omnia cum quadrent Diuum stabilita fauore,
 Externos Dominos nil Palatine time.

De Friderico IV. Elect. Palat. cognomine
Sincero, nolente post mortem
aperiri.

Post mortem haud sua vult aperiri viscera prin-
ceps;
In vita quoniam semper apertus erat.

De Maximiliano, I. Imp.

Magna tibi debet Germania, maxime Caesar,
Bonis honorem pristinum quod literis.
Quod literasq; reddidisti patria,
Historia monumenta iubens conferre vetusta,
Seculi prioris derelicta incutiã,
Et literatos excitans mirã mediã.
Hinc Germana tuum æternum gens nomen adorat,
Qua te magistro didicit arma & literas,
Iuxtaq; dicere atq; facere fortiter.

De Friderico I. Victoriouso,
Com. Palat.

Ivre tibi imposuit nomen Victoria, Princeps,
Cui bellare nihil vincere præter erat.

Christiano Principi Anhaltino.

Maxima magne tui est, Christiano, modestia cor-
dis,
Non quod sit virtus non tibi nota tua,
Sed quia virtutum primam facis esse tuarum,
Nunquam ob virtutes intumuisse tuas.

Ludouico

Ludouico Philippe Comiti Palat.
Iuuentutis principi.

Tanta tui princeps Ludouice est gratia vultus,
Vt merito inuideat ipse Cupido tibi.
Tanta tui cordis presentia, mirer ut ipse,
Corpore cor Martis esse Cupidinea.

Iohanni Alberto Comiti Solmensi magno
aulæ Archipalat. Magistro.

Vt longè pomum præciosius illud habetur,
Quod medio bruma sidere forte legunt;
Sic hoc tam cupido externorum tempore morum,
Quo vitij plus est quo fidere minus,
Quoq; amor in patriam res rarior, hoc tua virtus
Gratior est Domino, gratior est populo.

Stéphano de Sancta Catharina
Oratori Gallico.

Arbor ut inclinat grauidos de pondera ramos,
Diuitias vltro carperè datq; suis:
Vbertate tui sic, tu Generose, famoris,
Inuitas vltro me, Catharine, frui,
Indignum fateor. Quare si rariis ad vos,
Comitico, nil laua suspitionis habe.
Non sperno, eminus aſt veneror, siquidem esset abuti,
Velle fauore vti; nec meruisse prius.

De obitu Iacobi Augusti Thuani.

Barbariem, memini, te prædixisse, minatam,
Mox reditum noſtis, magne Thuane, plagis.

*Na verum augurium! Musarum insignia postquam
Morte tua tecum & nomina sancta trahis,
Historia postquam vindex, vir magne, fuisti,
Barbarus cunctis incipit esse locis.*

De Hippolyto à Collibus mortuo ex
febri ardente.

Cvnflorum natus fueras, vir magne, favori,
Ipsa & mors visa est aqua sauere tibi.
Parcere non poterat mortali: aut ferrea fata
Magna anima lesbi nobilitate lenat.
Scilicet hac generosa satis qua ducit ad astra
Perq; estum ac ignes Hercule digna via est.

Gilhelmi Ancelij, Regis Galliarum Ma-
gistri Aulici, & in Germania Legati,
Epitaphium.

Ancelij exiussa parua hac clauduntur in urna,
Cui summa summam iniuriam virtus facit.
Vt quamuis quis dixerit omnia & omnia, tanto
Viro minora sint futura hac omnia.

De Arcadia Philippi Sidneij Equi-
tis Angli.

PAn Deus Arcadia migrare coloniam Amorum
Et Venerum & Charitum ductu, Animoser
1110
Relicta ad sese Cypro cum videat, inquit,
Invidet hac nil iam sibi, Phœbe, tibi.

De

De obitu Marquardi Freheri.

Nunc fluite ô lacryma, si unquam fluxisse vel us-
quam

*Vos decuit, male nunc stabitis hic lacryma.
Nam cecidit nobis celeberrimus ille Freherus,
Ille vetustatis conscius omnigenæ,
Ille Camænarum summus Phœbiq; sacerdos,
Ille sacra Themidis mysta, decusq; fori,
Ille Palatina historia cunctosq; paterq;
Teutidos ille, imò totius orbis honor,
De tanto hac tantilla nimis, Miraculum (ut uno
Omnia complectar verbo) hominis cecidit.*

Ludouico Camerario Icto Consilia-
rio Archipalat.

Amphion dulci lapides concurrere voce
Coegit ad constructiones urbium:
Ne destructa malis Respublica corruat ausis,
Tua, vir ample, praecaus facundia:
Gloria quò maior tua, quando operosius extat:
Urbes beatas constituere quam nouas.

In effigiem Iani Gruteri pictam à Lu-
douico Perezio.

Si solus index oculus spectator vs esset,
Effigiem iuret viuens iure tuam.

Nobilis, seni Iohanni Francisco
Castilioneo.

Vlta breuis, cura longa, fors corporis acri,
Defessa lucet, irrequieta quies,

C

Mons

*Mens tranquilla parum atq; alieno subdita nutu,
Præmia sunt fallax quæ solet aula dare,
Felix qui potuit secura gaudia vitæ
Ducere priuatâ, Castilione, domo.*

De amicitijs aulicis.

Incipere à se ipso, gradus est si primus amoris,
Aula, tua superant vix eum amicitia.

In obitum patris sui Laurentij Zine-
grefij I. C.

I

Eheu, chare pater, iam me, pater optime, linguas,
Cum possum auxilio vix caruisse tuo?
Hei mihi qualis ero, nunquam satis eloquar! imò
Omnia cum patrem nomino, rapta queror.

I L

Cvm nequeat se, chare pater, dolor iste fateri,
Ergo parentabit me sine turba tibi?
Sic est: includunt mihi tot suspiria vocem,
Verba dolor nulla aut pauca supremus habet.

In album Iohannis Georgij Von-
der-Grynij.

Aspice & hac monumenta mei quæ chartæa pono,
Imò animum pro me quem tibi pono meum,
Hic usurpandum nobis te fistet, habebit.
Vnaq; mens tellas si minus vna, duos.
Tu modo quod video te iam fecisse, cohorti
Perge vel externa admistere nomen inere.
Sic inter violas vaccinia nigra leguntur,
Sic vixit Hyblæis addita spina rosæ.

De

De Iano Ioachimo à Rusdorff Con-
sil. Archipalat.

EGregium verò est generoso sanguine nasci:
Tollit humo, cælis Nobilitasq; beat,
Illa suos potius est latere transcribere Diuum
Quis loua dat nomen participare suum.
Maius at est multò generosum corde fouere
Virtutem similes quæ facit esse Deo.
Conquirat pretio diues sibi laudis honorem;
Quem trahit à priscais ambitiosus auis:
Cum Fortium puncto decessit æternum ille meretur
Qui clarat mentis nobilitate gentis.
Exemplum vel sat proprio splendore coruscus,
Maiorum absq; foret lumine Ianus adest,
Absq; foret reliquis, propria virtute canendus:
Tam bene præclaros est imitatus auos.

Nomiti Georgij Stainpach à Stainpach:
Equitis Bohemi.

ECce mihi præsto vindicta parata, Georgi, est.
Victoriq; iubet reddere vincula meo;
Perge manus, non effugies quin ultio nostra
Exsatiæ tandem pectora, perge manus:
Paruus ego te & victus adhuc constringere nodo
Plusquam Gordensi non sine laude volo,
Nulla sed inde tua considerit anxia mens
Suspicio, vincula hæc vincula amicitia;
Quis me ritè tui denintum imata fauoris
Mancipat libertas, his tibi reddo vicem.
Paruus enim magnum referam tibi semper amorem,
Nec passiar vinci vincula nostra tui:

C 8

Sed

*Sed Philo poterit dum viuum operarier isthoc
Pectus, eert abo mutuo amore tibi.*

*Quam bene nam quorum iunguntur nomina fastio,
Tam bene quidam etiam pectora iungat amor.*

Euerfio Reipubl. ex Græco.

*Quando Magistratus astuta Sophismata eudunt,
Fallendiq; omnes dei mei vnus amor,
Dum præferre nefas patriæq; Deoq; laborant,
Ac fuisse licet quod sibi cunq; libet,
Vindictis ira Dei, sacrarumq; orbis legum
Deridetur, & est nomen inane pudor,
Tandem ubi luxus iners scelerumque tyrannicæ re-
gnat.*

Barbaries, non est inde ruina procul.

Dionysio Godofredo Antecessori.

*Te tanto felix Germania ciue superbia,
Gallia te contra vindicat esse suam.
De se priuatas vrbes commisit Homerus,
Æmula tu verò maxima regna facis.*

Philippo Hoffmanno Antecessori.

*Tam placido cum te nascentem lumine quondam
Iustitia præses videris alma Themis:
Quid mirum est animata tuâ quod voce reuiscant
Iura, quæ hæc tanta dextérité legast
Hoc mirum exoso Dea cum se insiderit orbi,
Quod tantus misera Mystra relictus humo.*

Danieli Nebelio Antecessori.

*Quando inter Iuris tot lumina clara corriscas,
Dic mihi qui nebula nomen habere potest*

Rein-

Reinhardo Bachouio Echtio Antecessori.

*Conspicuo veluti dubijs Pharus alta carinis
Lumine nocturnum per mare monstrat iter:
Sic vasto hoc legum Oceano errabundâ iuuentus
Prælucente suâ gaudet ab arte regi.
Te seruat procul, ad te dirigit vndiq; cursum,
Te decus in tota prædicat orbe suum.
Haud sed enim immeritò, vix te solertior alter
Legum indigestum conciliare chaos.
Ex natura adeo sophia penetrabilibus ipsis
Te tua Bachouii sumæ iura iubet.
Aut nūquam aut si unquam terras Astra reliquit,
Hanc postliminio in te rediisse putem.*

Dictum Genes. cap. 3.

*Cum Phlegethontiacus, cui fraudes mille nocentis,
Mille venenorum semina, mille necis,
Anguis adegisset primo: tellure creatos
Audaci ut raperent noxia mala manu:
Rerum opifex Deus ingenti successus ab ira,
Veraci linguâ talia dicta dedit:
Hoc ego prædico linguâ qua fallere nescit,
Me duce militia consilioq; meo,
Inter te colubrum, dein prolem virginis inter
Proelia durabunt, bellaq; semper erunt:
Eius tu vano lades calcanea morsu,
At tibi pestiferum conteret illa caput.*

**Comparatio Scripturæ sacræ cum
uentis Etesijs.**

*Quisquis est à Christo sanctum duce nomē adeptus
Es varijs pressus sorto furentis malis,*

C 7

Perfer

Perfer & obdura, nec te fortuna fatiget,
 Sed sacrum puro corde volumen adi,
 Odae imprimis, Dauidica carmina, sanctas.
 Ex quibus obuenient pharmaca certa tibi.
 Sic enim Borea sedatur Syrius aurâ,
 Ne nimio grauides igne perurat agrôs;
 Sic Scriptura sacra absumens emperat ignom
 Ira diuina, ne pis corda labent.
 Hinc solt meta cît humana inclusa salutis,
 Hac nobis pandit conciliatq; potum.
 Quantum est, notissâ Christi, cœlog, potiri,
 Et missis tenebris perpete luce frui!

Amicorum memoria ubique con
 seruanda.

Sicilicet ut peregrè demigrans lumina solis,
 Hinc propiora sibi candida quærit auis,
 Illa tamen veterem nidum, quem more reliquit,
 Effugiens brumam, vere reuersa petit:
 Sic nos hinc mores veteris non reddas amico
 Paulo intermissum seculis amicitia,
 Dulcia sed sili circumgestare sodalis
 Pectore sub memori nomina ubiq; decet.

Iohanni Georgio Vonder-grynio Im
 perialis Cameræ Assessori.

Iuris in arte bonum fingunt Minoæ Poëta
 Post obitum infernâ dicere iura domo:
 Hoc tua laus maior quondam, vir magne, futura est,
 Quid maior superis est dare iura labor.

Epi-

Epigrammata de vitâ humanâ.

I.

Quid vita est? semper radiens Comædia, quippe
 De vestiendo & vestiendo se constans;
 In quâ quando diu personam insignis & imus
 Suam peregit, tandem adæquat omnes mors.

II.

Idem omnes homines capit theatrum,
 Ridentur simul inuisemq; rident:
 Quod est quod fuerat quod est futurum &
 Lusus omnia ludicrusq; risus,
 Vita hac fabula, scena mundus, imò
 Vanitas mera cuncta vanitatum.

III.

Hoc Christo atq; sibi nunc viuere tutius extat,
 In mundo quod sunt omnia tuta minuit.

IV.

Vnum necessarium.

Vnius una stat rei necessitas,
 Sunt reliqua vana, sunt superflua omnia:
 Quid ergo tantâ in temporis penuriâ
 Hærenus istis, queis ubi in seculum
 Multum diuq; agnosimus serd senes
 Didicisse nos & scire nos prorsus nihil?
 Discenda terris, quorum, homo scientia
 Tibi auiternum persueret in polo.

De Gunthero Poetâ Germano.

Gunthero similes utinam Germania vates
 Plures tulisset, haud adeo potes

Desse.

Despectus iatusset honor, nec fortia multa
 Germana pube: facta nesciret parum
 Degener atq; ignara sui: Tunc exornata videtur,
 Virtute sed nunc indigent heu carmina:

In Sebastiani Hornmoldi Com Palat. vo-
 tum Posthi-Melissaui pro
 sobrietate.

Ebrietas indigna lites iuuenumq; senumq;
 Ebrietas animis corporibusq; nocet,
 Sobrietas aeternus amor Diuumq; hominumq;
 Quisq; valere animo corpore quisq; voluit,
 De docuisse illam iuuenesq; senesq; laboras
 Dum propria hanc vitam carminibusq; doces;
 Censorumq; palam voto reuigescere votum
 Posthi-Melissium non sine laude facis.
 Factum Hormolde bonum: melico haud ignobili axe
 Posthi-Melissai stella Trionis eris.

In Rectoratum Academicum M. Bal-
 thasari Baumbachij.

Dum patria, vir magne schola moderaris habenas,
 Auspicijsq; tuis hic nouus annus init:
 Quid nisi votiuus verbis nunc appetor, ut sit
 Cum tanto felix annus honore tibi.

In obitum filii primogeniti Ionæ
 Maisterlini Icti.

Natus tuus vix natus heu denascitur
 Amice, quid tum posseat

Brenem

Breues peregit ille cursum, at optimum,
 Cum quippe nostrum hoc viueret
 Nihil sit aliud quam mera nuga. Et quidem
 Nuga breues, nuga optima.

Defensio vera.

Non se defendit qui vult defendere tantum,
 Vt ne offendaris praueniendo caue.

Ad Minacem.

Cvni norum tantum verba esse, minantia verba
 Noris me nullas posse timere minas.

In Labienum.

Ruales in amore sui Narcissus habebat,
 Riuali absq; ullo se Labienus amat.

In Lullum.

Quod illi vix ferè sufficit fluxio Lullum,
 Cui nihil est aliud viuere quam bibere.

Bacchi natalis.

Inter fulminis horridos tumultus,
 Atq; inter tonitru feracis flammis,
 Bacchus ventre parentis exit infans.
 Mirum ergo queat esse cui deinceps
 Quod plenus Deus ille iurgiorum,
 Plenus dissidijsq; litiumq;.

De Malaco.

Plebs mentitur, ait Malacus, me habuisse Poila-
 gram
 Vellam habuisse quidem nam: sed adhuc habeo.

In

In vitas Germanorum M. Melchioris
Adami.

Testonica quādo decus asserit inclutum Adamus,
Et facit huic ipsa vi lineat Italia:
Sive is Plutarchus, sive is Laërtius alte
In nostro mauiuli dicier orbe, meret.
Æterna dignū vitā famāq; tot vnus.
Qui sanam & vitam reddidit ante viris.

De iisdem.

Tantos labores his Adamus in vitis
Fert colligendis, nemini sit ut mirum
Impendat illis sūam ipsius vitam.

M. Iohanni Philippo Burcardo:

Prima tuos nuper cinxerunt ferta capillos,
Omne iam dextro ferta secunda geris,
Ergo quid? hoc saltem tibi nunc superesse videtur
Tertium ut adiciat mox Themis ipsa decus.

M. Friderico Burcardo.

Cur vitium omne sit infelix, Burcarde, requirit
Quod felix est haud dicitur hoc vitium.

In Salomonis Negebaueri de Cadano
Emblemata.

Hærenus ergo eadem nos cura exercuit ambo,
Et laude digna & dulcis amulatio,
Dum tot Magnatum præclara Emblemata profert,
Pars magna cultus, docta Salomo, mei.
Non equidem ingenio tibi, sed luctabor amore,
Gressusq; solers omnes sequar tuos.

Uoc

Nec vin me fallat, nec me malus auferet error,
Tanti videlo dum ducis vestigia.

In decades Theologorum exterorum
M. Mel. Adami.

Sic Evangelium terras se fudit in omnes,
Ceu fulgur mundi iempla repente ferit.
Fulgore aut subito hoc perstringit lumina tantum;
Illud inoccidua pectora luce beat.
Ha sancta testes anima, ha Hyperionis instar
Ante Deum illustres ante hominesq; micant.

In Philothecam Iani Gebhardi.

Iane nouum Pallatinis decus addite terris,
Cui mores dulci de meliore lato,
Nos tua te virtus doctrinaq; amare coegit,
Et coget donec vita superstes erit.
Non hac sunt primis obiter venientia labris,
Ast imis penitus verba profecta fibris.
Quin virtus res est, non verba. Proinde litemos
Haud verbis, verum rebus amicitia.

Nuptijs Iohannis Christophori Eifemeri
Medici, cum Mariâ Magdalenâ
Imlinâ.

Non sic euades, dixit Venus alma, remotas
Te cernens tacitâ mente agitare plagas.
Ergo ego virginea tantum decus anxia turba
Eduxi, ut frustra iam mea cura foret?
Scilicet huic ceptum, diuina huic munera forma,
Deniq; quare reliquis singula, cuncta dedi.

Et

Et tamen hic tantâ Nymphâ dignissimus unus
 Fortè peregrino prædâ futura thoro?
 Nate, mea vires, ne desere vota parentis,
 Nate potestatis asserere iura tua.
 Dixerat: ille suâ acturum duo thela pharetrâ
 Extrahit, aurâ à cusp. de utrumq; valct.
 Diuidit ambobus cæcum per pectora vulnus,
 Et parili mentes vnit amore duas.
 Ergo nec externus tibi cordi iam amplius orbis,
 Contemplanda cui, lane, sat ampla domi.
 Tu Marien mirare tuam, tot corporis auctam
 Diuitijs, animi tot celebremq; bonis.
 Occupet vna tuos hac contemplatio sensus,
 Nempe tibi hac orbis totius instar erit.

Epiaphium Danielis Siderici, Iacobij filij.

PARVM peregi temporis, sed innocens:
 Si plura vixem, plura vidissem mala,
 Perpeffus essem plura. Qui lugent meam
 Mortem, deinceps gaudeant mea gaudia,
 In qua creator transtulit charum sibi.
 Dignum repertum quem citò eriperet malis,
 Hic haud queam esse melius, haud diutius.

Ignorantia mater audaciæ.

NUPTIA columba oculos aliquo velamine quanto
 Cacior est tanto celsius illa volat,
 Sic rarum ignarus tanto impetuosius audet,
 Quò se scire nihil sciuerit ille minus.

Ad

Ad Erasmus Posthium Medicum, post natum ei filium Ernestum, patris, ante 47. annos defuncti, Epicedia eudentem.

POSTHI, Parentis hæc entis parentare
 Quod distulisti manibus, puo factum
 Quod non haberes, nunc habes sed heredem,
 Pietatis olim cui paterna, auita cui
 Opus futurum gloria sit exemplo.

De filiolo eiusdem ridente iuxta & plorante.

NATUS, Erasme, tuus cumis lacrymabile ridens,
 Dulcia coniugio iungi & amara mouet.

Apologus.

PORCUS equum ad pugnam cataphractum tendere
 cernens,
 Quid tibi cum pugna in qua morieris, ait?
 Huic equus: at nostram comitatur gloria mortem
 Multa: sed in turpi tu moriere luto.

De Paulo Melisso.

SISTAT Pythagora sententia prisca, migrasse
 In te animam Flacci, docte Melisse, puo.

Nuptijs M. Georgij Zigleri.

IN mentem fuerat numero dicere versu
 Gaudia connubij, Zigler amice, tu:
 Inuidia sed vacui mi angustia temporis obstat,
 Nec mea tam subito Musa vocata venit.

Ne

Ne tamen omnino oximen tacuisse putetur,
 Pauca voluntatis sint tibi signa mea.
 Sis felix: uno comprehendam reliqua voto.
 Cetera curabis Cypris & almus Amor.

In Bibacem.

Noffer vna Bibax adeo pretiosa putantur,
 Ex proprio ut faceret ventre bibendo cadum.

Ad Nicrum, quem congelatum vnâ cum
 Lingelshemio & Weidnero trans-
 gressus eram.

Dum glacialis hyems squalessentia deprimis arua,
 Et late iniectâ terra sepulta niue,
 Dum tu Nivæ Pater gaudes sub fluitibus imis
 In Rhenum tacitis serpere totus aquis:
 Fridrico & Iano comitatus amicus amicis
 Iuimus audaci per tua terga gradu.
 O Fluvium decus, ô ausis ignosce, molesto
 Si turbata fuit lympha quieta pede!
 Sic placido semper diuturnus labere cursu,
 Sicq; tuis ripis crescat abunda salix.

Ioanni Leonhardo Weidnero.

Non ingratus ego dicar mihi crede cucullus,
 O Leonharde, animi portio magna mei:
 Qui tanto nuper me dignabaris honore
 Praefrens thesibus nomina nostra tuis.
 Nunc quoq; lugubri cobonestas carmine Patris
 Funera, mecum & amas indoluisse simul.

Pro

Pro quibus officijs animum tibi tester ut illum,
 Muneris hoc quidquid consule quaso boni.
 Sis porro maneatq; meus, qui semper, idemq;
 De me promittas, esse, manere tuum.

In Disputationem Iohannis Bartholomæi
 Romani de statu Imperij Germa-
 no - Romani Monar-
 chico.

Nomine Romanus, Germanus gente triumphas,
 Altera pars animi Bartholomæe mei.
 Quam bene Germano Romani nomen & omen
 Conuenit, huic nostro quam bene & imperio,
 Cuius grande tibi decus afferuisse volenti est,
 Tam bene materies conuenit ista tibi.

M. Melchiori Adamo post defunctum
 ipsi filiolum vnâ cum
 matre.

Inuida mors vegetum cum conspexisset Adamum,
 Tot doctos vita restituisse viros:
 Indignata sui subductos limite regni,
 Hos iracundo protulit ore sonos:
 Ergo meas vni tandem viloscere leges.
 Vindictæ ullius nec mihi iura dari!
 Has mihi morte suâ luat hac audacia vitas,
 Quidquid præterea charum habes omne tuas.
 Sic ait: & casâ cum nato matre recenti
 Quaris in his lentâ morte necare patrem.

CURIO

*Cum subito acclimat crudeli Phœbus Apollo,
Ne vatem sumat contemere sacrum,
Exemptosq; suâ norit lege Poetas,
Nec fore ius ullam mortis in ingenium.
Sic viuis sic vinct precor, vir clare, quod illis
Demitur, hoc annos augeat omne tuos.*

M. Theodoro Zuingero.

*Congener es Zuingere, tuis, sic nomen auitum,
Sic tu tuèris dignus haeres patrium.
Incluta iam dudum hoc in te Basilea probauit,
Mox Neccarus, mox adprobabit Anglia.
Matte esto virtute tuâ: laus nempe tuorum
Hoc viuet ipso nacta tales posteros.*

Nicolao Suebello.

*Suebello, sermone tuo me saepe notasti,
Quod procul à populo viuere solus amem,
Nonne vides tantum infelix pecus ire gregatim,
Cum Iouis interca sola feratur auis?*

Gradus referendæ gratiæ.

*Est iustum, bona pro bono referre,
Naturale, malo malum referre,
Pro malo bona ferre, Christianum.
At verò mala pro bono, nefandum,*

De quodam militum Ductore.

*Mars nobis, ciues, uxoriis ille videtur,
Et Veneri nimium deditus esse sua:
Gallus ei est pugnax, aciem huic cõmittite vestram,
Gallinas ducet rectius ille domi.*

Ad

Ad quemdam.

*Qua mea sunt, tua sunt, teq; illis concedet vti,
Lure quod inter nos cepit amicitia.
Mecum aut qua secreta metus deponit amicus,
Hæc, mea cum non sint, credere nolo tibi.*

In Forum.

*Te sapere haud quidquam præter tua iura loquor
tur,
Atqui offas etiam perbend, Fors, sapis.*

In Quietum.

*Cum tibi nil placeat præter maledicere cunctis,
Qui tibi solus ego, Quinse, placere queam?
In Scholasticum.*

*Pluere de Scholico egrediens, umbraticus ille
Quam bene Doctor ait: puluis & umbra sumus
In Poetastrum.*

*Te Laureatum, versissex, vocas rectè;
Palmaris Afimius sic vocatur à vulgo.
Ad Bonamium.*

*Mirari ò Bonami nostrum desiste Sabellum,
Quod nimium tumidus factus honore nouo,
Obuius haud veteres vult agnauisse sodales:
Amplius ipsum se cum neq; nosse queat.*

Nomini Martini Vonder-Fechtij Hambur-
gens. I. V. L.

*Martine, quando nominis festum tui
Fasti loquuntur, ecce vinculi vicem
Transmitto versus hos breues, quibus mihi
Vinctum volo te, non soluturus prius*

D

Quam

Quam tostus anser sanguinis lytro sui
Te redimat. & sic pristinum det in statum.
O quam bene hostis caele vinemus tui!

De Gallo.

Quae stus Gallus, magis quid conducit habere
Excultum doctis artibus ingenium,
An magis diuitias? Equidem haud scio, dixit, at illud
Cerno, domum doctos diuitis usq; sequi.
Nuptij Ernesti Friderici Boeringeri I. V.
L. & Annæ Margaritæ We-
berianæ.

I.

Sic ubi tumultuosi nauta fessus aequoris
Fluctuum victor perurset turbidos exercitus,
Et Dei virtute tandem littori optato subire,
Inicit puppi coronas, numiniq; praesidi
Debitam hostiam marinas porgit in salugines:
Sic reus tu, Sponse, voti, sacra Venerem Limnesiam,
Sive maui obsequentem, thure mactes masculo,
Et rosis & si qua campis narium ultra copia est.
Namq; Boeringere Pontus hactenus quidam fuit,
Qui tuam vexauit aurâ mobili iuuentulam:
Nam fuit Venus patrona, qua per has cursum tibi
Sostitem munivit undas: Nunc tenens portum, legis
Vela. Quam suauis posthac turgido mari tibi est
Alterius retrò laborem contueri è littore,
Feruida quem inussit aestus impotens at atula
Blandiens debere amoris fluctibus ludibrium?

II.

Tibi quietis reperta
Copia fauorq; Diuum.

Quem

Quem nuper alma gessit
Astra demereri,
Et alterum amulatrix
Nunc Cypris allaborat
Castam decus puellam,
Bellamq; virginellam,
Candore pectorisq;
Candore corporisq;
Amabilem maritam,
Vereq; margaritam.

III.

O Sortem lepidam bonumq; factum!
Haud quidquam tua Facilitas leinceps
Adposcet, sit ab omni ut absoluta
Puncto. Tu modo, quod precamur omnes,
O Iuno Egeria, optima auspicatorum
Fecundare thorum inemento prole.
Audin' praescius ut subinde ponit
Latum adsternat Hymen & omnisum?
O sortem lepidam bonumq; factum!

Georgio Lettouio in Ploetzke, disputanti
de Iustitia & Iure.

Est vita medicina potens, animaq; salubre
Pabulum, & aetherij iustitia orbis amor,
Quâ sine nulla diu subsistere regna valent,
In priscum ast ruentem cuncta creatâ chaos.
Hanc quod & ingenio & vitâ te, docte Georgi,
Excoluisse iuuat, laus tibi parta probè.
Perge modo & sorti meliori te ipse referua,
Exantlanda licet plurima dura tibi.

D 2

Nau-

*Naufragium patiens & corpore nudus Ulysses,
Virtute assuetus pernatat ille duce.
Tu quoq; deficiant licet omnia, sed tamen olim
Fac patriam viduas hac comitante redux.*

**Iohanni Christophoro Eifemengero dis-
putanti de Hernijs.**

Q*uando imbelles paras, Amice, bellum,
Sed quo bellius esse vix quit vllum,
Quo vix esse operosius quit vllum:
Bellatrix faueat tibi Minerva,
Et porro faueat sui clientis
Cordato pater ipse Phœbus ausa,
Dum Natam Medicina tandem Hygeiam,
Exhausti tibi pramium laboris,
Despondere velit, fauore cuius
Et possis patriam placentiorem,
Et possis populum imbecilliozem,
Parentesq; beare curiosos.
Sic quo bellius esse vix quit vllum
Quod imbelles paras, Amice, bellum,
Sic felix tibi sit precorq; faustum.*

Onomasterijs Dauidis Schobingeri.

S*chobingere manus mihi porrige cōminus ambas.
Sela sat haud dextra est, haud quoq; laua soror,
Totum ego constringam: nec enim perfectus amator
Dimidio tantum gaudet amore frui.
Nil quicquam tamen inde tuo decedet amori,
A te quem stricto Barbara iure petit,
Vel qua prater ea gratia te compede vincitum
Desinat affectus illa vel illa sui.*

Totum

*Totum ego te rapiam, rapiet te Barbara totum,
Longè aliter tamen hac terapiuisse volent:
Nimirum absentem teneris ambire lacertis,
Et captiua suâ colla tenere manus,
Iam quoq; suauolus tam suauia vincula pressis
Firmare, & totum sruget habere suum.
Non tamen interea nobis te ex parte negabis
Tantum aliqua, totum te licet illa liget:
Sufficiet nobis te paruo hoc carmine vincitum
Dicere: Zingrefio perpes amicus ero.*

**Eidem disputanti de Comate seu
Veterno.**

S*chobingere bonum patrare factum
Laudandus merito fore, nisi te
Prima industria, diligentiaq;
Quod profers specimen fragrantioris
Clararet pugilem satis celebrem,
Quo raro vigilantior sit alter:
Maiorem quid enim merere plausum
Totius cauea queat Medentum,
Ac tam forte animiq; corporisq;
Bellum indicere cominus Veterno?*

Eidem secundò disputanti.

I.

E*rgò iterum Medicam via Schobingere cathedram
Scandere, vittrici & ferre trophaa manu?
Scilicet extimulant pugna te fausta prioris
Ausâ, acuit mentis vis operosa tua.
Gratulor, ar tu malte suâ virtute, paterinum
Dicerid merito sic retinere decus.*

D 8

Scho-

I I.

Schobingere, tuum vacuum subingere laudes,
 Qui proprio has rursus pandere Marre cupis.
 Et laudare Thefes vacuum quoq; quando celebris
 Authoris capiunt pondus ab arte sui.
 Sed commendet eas licet Author, fortiter has te
 Laus defensorum non minus ampla manet.

Jeremix Erhardo Augustano, Medi-
 cinæ Candidato.

Chære vides Medicina tibi quam fauerit vsq;
 Indulgere cui se modo tota parat,
 Quanta Braccia tibi sit desponsurus alurano
 Per studij proceres præses Apollo sui,
 Iam labor extremus superest, iam fortiter urge.
 Supremamq; tuis laudibus adde manum.
 No: mihi, fronte tua currentem acuisse volenti est.
 Iam bene decursa vel celebrare via:
 Vnum opus est nobis tantis gratariis ausis,
 Nostraq; plaudenti prodere vota manu:
 Simeridæ Basilea placens malarit honor
 Ceperit & dulci patria prona sinu:
 Vt Nympham juga Iuno suis charitumq; potens em
 Muneribus, reiluci conciliare velit.

Matthiæ Hofero Mylhusino.

Artes nutrit honor, Latij vult nania vulgi,
 Honor braciæum industria atq; fomentum:
 Tu verum facis, & comites, Hofere, secuti,
 Quis prima iam nunc laurus impedit frontem,
 Hac exantlatos tam compensare labores
 Quam vos futuro præparare amas Phæbuis.

Nava

*Nam quia nil primum est nisi sit ratione secundi,
 Ac corruat laus omnis haud noua fulta:
 Tunc tibi virtutis dicent pede limina fausto
 Tractata, tunc has primitias perennabis,
 Si porro pergas, teq; ipsum imitere, perurgens
 Quidquid via anie est, dum Magister existas.*

Nuptijs M. Georgij Wendelini Klaffchen-
 ekelij Archigrammatei Lupo-
 dunensis.

I

Sic tandem sperata dies illuxit Olympo,
 Weniline iucundissime,
 Quâ tua Nympha aram tecum contendit eandem,
 Dextramq; iungit dextera,
 Ergo quem toties aliorum Hymeneia sonare
 Gratante inuit carmine,
 Iam dudum ipsius quoq; nos Hymeneia sonare
 Gratante decuit carmine.

I I.

Sat nam puellus ille
 Illi ille gloriosus
 Et ludicrus puellus
 Exasperavit in te
 Et perpoliuit acris
 Cote aureas sagittas:
 Sed frustra inanitorq;
 Omnes suas sagittas
 Consumpsit atq; vires,
 Vt te feriret unum.
 Tandem tamen reperit

D 4

Post

80 EPIGRAMMATVM

Post mille captiones,
 Post machinasque mille
 Versutus ille vicie,
 Vicit Cupido, teque
 Sub corde fixit imo.
 Tum latus & triumphans
 Prada diu petita,
 Prada modò impetrata,
 Discedit, & labores
 Matrì dolosq; narrat,
 Narrat suos triumphos.

III.

Sic quoq; parue puer, tibi subiecisse Tenantem
 Diceris, occulto sic Phœbum Daphnidis igne
 Inflammasse carius, quid quod stagnantia Ponti
 Regna tuis fatibus quandoq; intuta fuere,
 Et madidus medijs Nereus exarsit in undis,
 Exarsit Mauors, tua quin audacia in ima
 Viscera descendit terra, patrio haudq; pepercit,
 Casta sed iniusto tentauit pectora morbo.
 Et mirum, quod ab hoc palmam tua tela reportant
 Effugias mortalis homo, qua spicula Diui
 Effugere ignorant, madidus queis Pontus inardet.

IV.

Gaudete ò Veneres flagrantiores,
 Gaudete ò Charites decentiores,
 Et quidquid genij est alacrioris,
 Quidquid ingenij iocosioris,
 Exultate Cupidines dolosi

Vestris

LIBER.

81

Vestris insidijs superbientes,
 Vicistis, ferijt sagitta tandem
 Et tot millibus efficax reperta,
 Ac huius penetravit ima corda,
 Cui vester toties retortus arcus,
 Cui vestra toties faces repulsa.
 En denictus adest, manusq; porgit;
 Iuri & subiacet vnius puella,
 Ira haud quem poterant domare centum.

V.

Quid faceret cæco Wendlinus captus ab igne
 Nomen militia noua
 Inuito licet haud animo dare cogitur, atq;
 Post relictâ Dices sacra
 Regna, recens miles Cytherëia castra subintrat,
 Et connubia cogitat:
 Scilicet ut fessa patria succurrere possit
 Prole & consilio simul.

VI.

Sic tandem in thalamum bene auspiciatum
 Ducetur Catharina Wendelini,
 Quam plus ille oculis suis amabit
 Quam plus ille oculis suis amabit.
 His omnes thalamum bonum presentur,
 Hu prolem similem presentur omnes,
 Gratentur Veneres flagrantiores,
 Gratentur Charites decentiores,
 Exultentq; Cupidines dolosi.

D 3

Nunc

Nunc canere Musa tempus est receptus.
 Nox cum die festâ triumphum finiet
 Nos cum triumpho finiremus carmina,
 Quæ si videntur forsitan cui nimis
 Prolixa, sic is cogitet se cum velim
 Plurimâ, canere longius, malè qui canant,
 Et plura bulbos assolere proloqui:
 Vsu hoc mihi venisse venia cui fiet.

Nuptijs M. Iohannis Fuchsiij Aëuarij
 Benshaimiani.

Dum tu, Lane, tuo tandem confessus amores,
 Gaudia legitimi vis celebrare tibi:
 Debebam, nec enim inficior, gratantia dudum
 Carmina pro nostro scendere amicitia.
 Sed mea Fridricum vsq; adeo suspirat ademptum,
 Vt lati omnino nil dare Musa queat.
 Hunc quoq; nec tibi dum reor abscessisse dolorem,
 Huius minus occiderat flebilis ille tibi,
 Flebilior tamen, heu quid tendis? desine Musa
 Gaudia finestis hac vitæque modis.
 Tu meliora nauis sponsis perhibere memento
 Omina, tu felix accine coniugium.
 Et dulces natos & longa tempora vitæ:
 Hæc est festinus materia apta lyra.

Iocus.

Tempestate maris deprensus nauita grandi,
 Protinus eijciant ut grauiora iubet.
 Cum subito puppi uxorem deurbat Agynes,
 Affirmans grauius hac nihil esse sibi.

1a

In Pantadacetum.

Longidium dicis verbosum, Pantadacete,
 Verbofiosorem nempè te pati nequis.

De Gebeleto.

Vxor dum tua ceu meridianus
 Sol ardet, Gobelete, te videmus,
 Luna cornua ferre noctilucæ.

De Milite.

Quid annulos argenteos, quid aureas
 Nostrum catenas militem miramini
 Gestare, & illum examinatam dicitis
 Hac propter? annon Regis hoc Macedonis
 Nostis; Patere & urbium inuictissimas
 Assello onusto argenti & auri copiam?

Ad singularem.

Qui sapuisse vult cum vulgo huic est sapiendam
 Nam sapuisse supra, desipere illud erit.
 Si tamen & supra cupias sapuisse subinde,
 Fac sapias soli si sapi, vsq; tibi.

Iocus.

Perdicem nuper enim mercaretur Erynnæ,
 Naribus admouit posteriora fere,
 Capta recessus non est, ait, & cur Rusticè vendat?
 Pugnis non nummis dignus es o bone vir.
 Rusticus arridens, Cypriâ formosior, inquit,
 Isthoc fœteret quæq; puelle loco.

D 6

1a

In urbem Haidelbergam delineatam à
Matthæo Meriano Basi-
liensî.

Multa tibi debet Merianus, Myrtis abnas
Debeat ast cum multa tibi, deberis & ipse
Huic, qui te arte suâ toto dedit orbe videndam.

Ad Loyfam de Vineis.

TE quoties audire datur, dulcissima Siren,
Artifici tangis pollice sine chelyn,
Seu varia arguta resonas modulamina voce,
Seu potius pariter iungere utrumq; libet,
Extra me totus raptor, venerorq; quod unum,
Nympha, queo, laudes mente tuas tacitâ,
Dicere siq; queo quidquam, hoc queo dicere solum
Si redeat veterum Musica turba virum,
Sive Orpheus, sive is Thebarum conditor ille,
Et formam & vocem perciperentq; tuam,
Ille ferat veluti, lapides ceu traxerat alter,
Sic ambos formâ & voce tuâ traheres.

Ad Miniata.

Quod, Miniata, tuam formam non pronus adoro,
Mirari tandem desine, causa subest.
Non equidem sum, quod dixi, errabundus amator,
Formarum sensus nec mihi nullus adest:
Si nescis, istâ dum relligione tenebor,
Haud quidquam picti mi coluisse licet.

De formâ Angelicâ.

Si tua forma licet summum nostri decus orbis,
Infima pari laudis, Angelicâ, illa tua est.

Ad

Ad testudinem suam.

Propitios olim Delphini vector Arion
Reddidit & ventos & maria alta sibi
Auritas traxit sylvas, fluuiosq; ferasq;
Infernumq; Orpheus matris ab arte potens.
Non mare, non venti, aut sylva, fluuij q; fera q;
Infernaq; chelys, sunt superanda tibi,
Te rogo vel Dominam saltem mihi scilicet rebellem:
Istâ hac vel nostro tadia corde fuga.

Ad Angelicam.

Si mortem veteres viri Latini
Dixerunt abitum, meum haud sinistra
Abi te virgo abitum vocabo mortem,
Ipsâ morte mihi molestior em.
Mors cum vitâ etenim omnium malorum
Sensum aufert pariter, metus sed iste
Discessus, mea vita, te aufereudo,
Omnes delicias mihi aufereudo,
Meras diuidias mihi relinquit.

De Glaucillâ.

Si cuius subeat forsan miratio mentem,
Glaucilla quod non reddam in amore vices:
Nouerit, haud mihi posse ullam placuisse puellam,
Fortuna cui plus me placuere mea.

Ad eandem.

Non nisi nummosam captas, Glaucilla, iuuent amor
At tibi nec Danaës est data forma decens.
Nec mihi de cælo pluuium Iouis affluit aurum,
Nec si hoc afflueret, se licitarer ego.

D 7

NATO

*Nam pretio vellem si conduxisse maritam:
Nempe mihi nimum tu preciosa fores.*

De Lycoride.

C*Vm sit tota dolus, quanta est, fucurve Lycorid,
Promisisse tamen vult in amere fulem.
Qua facie est, & iam ante animo mentita puella,
Huic ut iuranti credere nemo volet.*

De Pamphila.

P*Amphila nostra nouos semper sibi quarit amores,
Vsq; aded constans in leuitate sua est?*

Amor spurius.

H*Audquaquam ille Deus, verum piscator inermis
Est amor, Oceano quippe creatus auo,
Linea cui flauo fallax contorta capillo
De spe vana hamum sustinet artificem,
Etsi subest lepida deceptrix forma puella,
Qua mirè argutus attrahit illecebris.
Ocia sunt gurges, in qua malè cauta iuuentus
Diffluit, atq; operà nat capienda leui.
Deniq; quis captis finis: piscator ut omnem
Vendere pisciculum aut ipse vorare solet:
Sic quis non vestrum sese & sua, dicite amantes,
Vendita ad extremum siue comesa videt?*

Verba Phyllidis reconciliat.

H*Or demum obtinui ut iam mulid ardetius vras,
Postquam ira tandem, decumiere mea.
Nempe amor ut Phoenix, experte crede puella,
In flammâ moritur, nascitur ex cinere.*

Epi.

Epigramma Genethliacon de filiola primogenitâ Ionæ Maisterlini Consil. Palatini.

P*Vr pureis surgens Aurora coloribus, omnem
Delectat illa primò
Mox, sed & vrit humum,
Filiola cum tanta tua sit gratia, dic dum
Metidies, Iona, huius
Quanta Orientis erit.*

Iohanni Philippo Bohm.

C*Vm tu Faustina dextrâ Eulalicâq; sinistra
Ducebas medicus inter utramq; manu,
Nonne tibi latere in dextro tunc, Lane, fuit cor?
Ridet Amor Physicos ipsius Hyperphysicus.*

Friderico Waldisio.

N*E mihi spinosum porro accusaris amorem,
Qui felle plurimo suum
Condere mel solet,
Dulcius hoc ipso: sese contraria quippe
Per hasce commendant vices.
Sic Friderico rosas
Armat spina suas, & qua fugitiua puella est,
Accendit hac tantò magis.
Sic sua mella tegit
Multum examen apum: docuit me punitio mulla,
Quod semper ubi dulce est, ibi &
Inuenias acidum.*

Christophoro Schaitlio.

E*Micuit lux illa tuo qua nomine gaudet,
Schaitli, conuictis pari quot acunq; mei;*

Ergo

*Ergò mihi paruo sis vincitua carmine, donec
Vincula perplaceat soluere nostra tibi.
Id quod vel fiet Bacheio munere, vel sis,
Zingresium, dices, perpea amore colam:
Seu mauius potius coniungere, nil moror, ambos:
Sicut Amor Baccho, Bacchus amore calet.*

Tabula votiua ad Venerem.

Nauigat omnis amans, & habet freta lata Cupido,

(Certa fides firmat) nauigat omnis amans.

*Nimirum Oceani Venus est de fluctibus orta,
Elevat illa undas pectoris, illa domat.*

*Ipse regit Proreta auris ludentia vela,
Deq; polo seruans aëra captat Amor.*

*Interea geminus ceu Pollux dulcis Amica
Prelucet timida lumina bina rati.*

*Infestant isthoc mare Syrtes, Scylla, Charybdis,
Riuales, liuor, perfidiaq; malum,*

*Queis procul alma Venus, tuq; ò puer illius, opto
Prorsa vagabunda dirige vela rati.*

*Da leni optatos portus: appellerò cursu,
Deniq; sic casto faustiter igne frui,*

Ad eandem pro versibus suis.

HAs, Venus alma, breues gratas tibi dedico charitas,

Spirantes nati dulcia fella tuis

Inuida tu praesens depellere corda memento:

Aut ego Vulcanum porro vocabo tuum.

FRIDE-

FRIDERICI LINGELSHEMIJ Reliquia Poëticae.

Georgio Michaeli Lingelshemio I. C.
Patri suo, Cal. Ian.

Hæc tibi voluentis retulit quos circulus anno
Charta salutatrix ex animo ire dies
Optat: & in longum lætæ solibus annorum
Nestoreos annos, Nestoreos animos.

*Omnia facta tuis quoq; respondentia votis,
Et vel concepta qua prece quis voueat,*

*Omnia, venturum quis enim non diues in annum.
Cui non cum læno spes noua facta nouor*

*Mætua prosperitas felicitibus inducet artus,
Quo si destituar Numine, nullus ero,*

Eidem cum multis votis.

Exiguus quoniam gaudent quoq; Numina donde,
Hic tibi pro streua munere versus eris.

In natalitia paruuli Solzheimeri

EXorere ò nobis & cresce fauentibus astris
Nate puer, rapti post fera fata patris.

*Quem si iam blando non est agnoscere risu,
Ipsius est vultus sculptus in ore tuo est.*

*Inq; oculis oculi, frons atq; in fronte renidet.
Ipsa caro est, idem sanguis, & ossa viri*

*Non aliter quam qua læsâ de stirpe propago
Panditur in ramos viribus aucta nouos,*

Aut

*Aur qua, ceu fama est, post secula quina renascens,
De spolijs vsti corporis exit avis.
Prima fuit, nostris euistes venit altera rebus:
Phœnices unâ non datur esse duos.*

Patri de filiâ natâ gratulatur.

Quid tibi posse putas diuino accedere maius
Munere, vel votis nunc superesse tuis?
Dum quot habes septem proprio de stemmate ramos,
Additur octauo surculus iste loco.

Oxla wâlâ tibi sumus, inuidiosa propago.
Est arbor numeris omnibus aucta suis.

Eidem de filio nato.

Hesperiam, pater alma, notâ signauimus albâ,
Natalen libo testificante tuum.
Nunc natalitios iterum celebramus honores
Et puer de matris tollitur euge! sinu:
Quam benè conueniunt & nati & sidera patriâ
Vno post patrem nascitur ille die.

In obitum Iacobi Bongarsij Gallici
Oratoris.

Quod mortale fuit Bongarsij morte perceptum est,
Hac modo naufragio raptâ tabella manet.
Illius at virtus sibi qua monumenta reliquit,
Laudibus aternis fama superstes agit.

In abitionem Illustris Iosephi
Scaligeri.

Scaliger hinc abiit, famamq; secutus anhelam.
Ad suprema suum sidera fecit iter.

Argo

*Argo ah atq; eben sonat undiq; Phœbica scena;
Es querulos reddat vocis imago sonos.
Sic olim ut terras sociosq; reliquit Achilles,
Omnia sub Graijs pilitus angor erant.
Cum super armorum pernix certamen honore
Cogeret iratos verba ad iniqua duces.
Alter & hic Ajax contendat & alter Vlysses;
Quos deceant huius Scaligeri arma thoros.*

Henrico Wotono Oratori Anglico.

Sume nouos animos Iunoniaq; erige signa,
Calliope dilecta, tuus fauet ecce patronus.
Quid vero tantum potuisti meruisse fauorem?
Quid ve quod usq; ad eò tantus non sperneret heros?
Non ea vis nostra est, meruit nec talia versus,
Vlla nec à tenui speratur gratia sorte,
Sed primum ipsa viri virtus ac nescia sellis
Mansuetudo insons, ahimum non factâ poposcit.
Hinc mihi responsum facilis dedit ille petenti:
Vtere forte tua, iuuenis, mox te Adria cernet
Venetiâq; meos diuos, mea signa secutum. *(vult.)*
Pro quo, quicquid id est quod sum, quod sumq; futu-
Omne tibi meritò deuotâ mente dicabo.
Nec Macenates solos, solosq; Marones
Hunc celebrem versus illum benefacta tulerunt:
Quondam etiam tenuem sequitur sua gloria vitam,
Quodq; meis deerit, faciet tua viuere fama.

Tabula votiua in itinere Italico.

Surge anime & duplices ad sidera tendite palmas
Brachia, quaq; sui pars Seruatoris adoret
Numina: Vosq; oculi, qui mortis quanta vorago

In

In casum patuit, vidistis & intremuistis,
 Nunc agite in caelos aciem, qua dextra cadentem
 Sistere possit equum, quis frenas refectere euniat
 Quare, terra labat, tenuit vestigia caelum.
 Alpinus in medijs locis, qua tramite recto
 Scanditur angustâ distinctâ crepidine rupes:
 Hic via sublimis saltem vni per via ligno
 Sternitur, in praecipitium hinc, hinc fertur in altum
 Quicquid utrimq; loci, montes stant undiq; acuti.
 Pratergressus eram, biuio desistere fesso
 Cum volui, terretur equus, lauesq; repellunt
 Cedentem lapides, frenum ceu forte tenebam
 Arripui, seroq; subit dare libera colla:
 Iamq; propinquabat lethalis linea quando
 Dante Deo certe (neq; enim nostra illa facultas)
 Constitit, euasi, subito terramq; petiui.
 Tollitur an iterum in arbatâ mente caballus
 Et furit, & retro graditur, dum deniq; glebam
 Extremam, simul ipse pedes detrusit utrosq;
 Et montem egisset, nisi qui dedit ante salutem.
 Ut traherem & totis instarem viribus vltimâ
 Fecisset lateris numerosa volumina magni
 Et tandem in saxis iacisset mortuus imis.

In obitum Iani Georgij Metzleri.

A Ere iam spisso superante, reconditus undiq;
 Titan exiguo lumine vidit humum:
 Iam pluuiâq; Hyades, & iam nimbosus Orion
 Surgens praecipiti flumine pressit humum.
 Causa patet: Ianus vitalia lumina clausit,
 Pieridum sacro spes adamata choro.

Quem

Quæ Lachesis vetuit iuga vincere summa Heliconis,
 Dum tracta à nino vellere fila secat.
 Nobiscum Phœbus luxu, lachrymanq; sorores
 In gremium iussit fundere Castalides.
 Hic at ubi aspexit Christo cum ego tenentem
 Permistum superis sceptrâ uerenda Dei:
 In campis rursus clarum se ostendit olympi,
 Alma & discussis lumina reddit aquis.

Votum ad Iohannem Leonhardum Weid-
 nerum suum decantatum die sacrâ
 & festâ IOANNI.

Festis, chare, tuis Lenharde, nuper
 Hyberna Cereris tibi dictum est
 Munus, non sine Apolline atq; Musis.
 Nunc Bacchi tibi fertur en Ioannes
 Æstiuus geniale munus Euan,
 Custos illius & dedit Priapus.
 O qui das Cererem Deus beatam,
 O qui das Lyaium Deus beatum:
 Da Phœbum dare posse ei Lenharde,
 Da Musas dare posse es Ioanni,
 Semper & Cererem beatiorem,
 Semper & Lyaium beatiorem.

Iulio Wilhelmo Zingrefio & Iohanni Le-
 onhardo Weidnero suis bonum, fau-
 rum, felicemque precatur an-
 num nouum.

Curia morem habuit, (quam uictâ gente Curetum
 Romulus hoc nomen iussit habere decens)

Vr

*Ut quo essent tui consilia ex ordine mensæ,
 Eodem tunc Phœbi dum foret annuum iter.
 Quid veterat hunc nostris consulis addere morem,
 Quos amor vnum cuncta ad honesta trahit
 Sic alter tui consul eris, tu quidve eris alter,
 Vel consul, vel si dignior inde locus.
 Ipse pedaneus inde sequar parvusq; senator,
 Si non accitus, non ego licitor ero.
 Verum utcumq; placet, vobis famularier equum est,
 Vos modo concordēs iudicium facite
 Emerca votis iuuet annum ordier, & vos
 Vuite felices, cetera Misa dabit.*

Iulio Wilhelmo Zinegrefio.

Tandē mitte moras, versus volumusq; iubemusq;
 Aut tandem inuitas inferet ira manus
 Te contra & vindicta serox Charitesq; vocabit,
 Phœbiamq; atq; nouem, numina magna, Deas.
 Nonne pudor tantum toties orare sodales?
 Nescio quam animos fascinet aura tuos.

In Paulum.

Pessime semper ait, si quando pessime debet.
 Dicere, pro pueris Paulus ait Pheros
 Si licet atq; iuuant lingue vaga sibila, cur non
 Gracissans Paulum dixerō φαῦλον ego?

Henrico Bilderbeccio.

Siquondam subisse potest tibi imago Fridrici
 Nec Charis immemorem te sunt esse mei.
 Tandem aliquando, rogo, facilis tua dextera, voces
 Quamlibet in paucas officiosa siet.

Quam-

*Quamuis te poterunt tua mille negotia tardum
 Fecisse, & properas continuisse manus:
 Mille tamen crebro scribendo negotia vince,
 Ne querar ex animo me occulisse tuo.*

Vinculum Iulio Wilhelmo Zinegrefio dic:
 qui sacer Iulio à fallis datur.

ITe mea Misa, gratissima numina, Iuli
 Induc, qua mittis, dicite, vincla tuus
 Nulla cicatricum hac liuentes figere morsus,
 Vel teneras possunt vincla onerare manus.
 Ægle cum socijs, pactum extorquentia carmen,
 Sileno indiderant qualia vincla seni:
 Talia nos nostris, puer heus, ne te exue vinclis,
 Deniq; quid multis dicite, vincla rapē.

Eidem disputaturo.

Te nunc in pingui luctari comminus herbā,
 Te iuvat opposito frontem acuisse gregi.
 Iuli, da veniam, non hæc sunt tempora nostra,
 Nec facilis cornu nostra Thalia petis,
 Cum iam cōtra irem, pedibus iam stargerem arenas,
 Pythagoras autem vellere visus erat,
 Palladium numerum increpitans, quinquatria festa,
 Et quinquennali sacra silenda fide.
 Iuli serus ades, opera est promissa, sequendum est;
 Atq; ori digitos admouet Harpocrates.
 Qua vincla vt soluet Caesar sua iura daturus,
 Et libertatis cornua sumet amor:
 Tempus erit paribus tecum concurrere in armis,
 Iuli perge modo, non tamen effugies.

Ad

Ad Iohannem Leonhardum Weid-
nerum suum.

Quot unquam facili nosem Deorum
Cultor, carmina, lana, candidissimè,
Quot fecit tibi plus amata Flacci
Diuini alitis & potens sacra
Lyra Pieris, & boni Marulli:
Mille & basia quot sua petiisse
Lesbia Veneris decus Catullus:
Aut si plus numero potest quid esse,
Tot deuinctus agit tibi Fridericus
Grates, pro meritis, referre verbis
Qua non posse putat, minusq; facto,
Expectatq; animi locum exprimendi
Grati: Tu interea illum amas: perge.

Ad eundem.

Ambiguum tu equidem narras discrimen amicùm,
Corpora qui bina, ast unicam habent animam.
Verum si qua tamen (ceus sit) differens amicùm est,
Dic mihi quaeso, hoc sit corporene an animâ.

Ad eundem.

Nunquam non dilecte mea, Weidnerè, Thalia,
Quid nunc te dicâ facere in Sophia aede Magistra,
Scribere quod Cyeni Gandensis opuscula vincat!
Pythagora an secreta inter reptare venati,
Curantem quicquid Musis & Pallade dignum est?
Non sunt vitia luto tua inani pectora: Pallas
Ingenium dedit, & dignum bono Apolline pectus.
Non vanus Sophia voneat quid manus alumnus,

Quam

Quam sapere, & nouisse queat qua sentiat, & cui
Conditio, ingenium ratio contingit abundè,
Atq; bonus Phœbus, non deficiente Minerva!
Inter spes, curasq; labores inter, & astus,
Crede tibi omne oleum bene conciliare Camœnæ.
Grata superuenient, fors non sperata, brabæa.
Me longo Icarij canis ictu lassulum & astu,
Si tuum amare voles, vel carmine vel pede vises.

Ad suos Iulium Wilhelmum Zingrefium
& Iohannem Leonhardum Weid-
nerum.

Annum iter Phœbus labens emensus olympum,
Astra remetiri per duodena parat.
Ergò quid? Iliadas vobis (Ioua sac rata vota)
Fausorum, multas myriadasq; precor.
Verba catenatus prohibet labor: at Pyladæ
Accipite en, anima, pectora nostra, mea.

In album nobiliss. Iohannis Georgij
VonderGrunij.

Cui non Pirithous, cui non est diètes Orestes,
Quos amor infernas iussit adire domos?
Ille quidem magnus: maior qui tentat ad astra
Arduum iter, raro quâ via iusta pede.
Hac arte Alcides, unâ & cum Castore Pollux
Innixi, superùm lucida templa senent:
Ambrosiâ quando saturi & bene necare poti,
Eripiunt quassas stultibus inde rates.
Scilicet hoc Samia est dextro quod litæa ramo
Monstrat iter, binio nobilis Herculeo.

E

Hac

Hac liceat tua me vestigia pone legentem,
 Lucifera pariter tendere ad astra Dea.
 Sic qui Diicta Cephalum de gente secutus,
 Est inter magnos candida stella Deos.

In Symbolum Zingrefij siue Emblematis
 picturam: caelo duce, & in suum
 σὺν τε δὴ ἐρχομένη.

Hvc ades, aëreaq; oculos intende columna;
 Æquorcas quisquis Nautica tunda's aquas.
 Hac cynosura tuam felices sidere puppim
 Dirigat incerta duxq; comesq; via.
 Σὺν τε, δὴ ἐρχομένη faciles utriq; sequamur,
 Hac quamvis varia ducat ad astra viq;.

In quendam Poetastrum.

Quaris nomina nostra cur lambis
 Nostri stultuli adhareant amici
 Tam saepe inspidis, malis lambis.
 Verum hoc desine tu nefas stupere,
 Malchimum vocitare non quis illum,
 Cui nomen dedit ingeni facultas,
 Demissas tunicas notantem amicit
 (Turpe, nomine non satis decore)
 Na. f. illum simile, impari in Poeta.

In obitum Thomæ Rhauij Præceptoris sui,
 ex mœrore mortui ob malam
 coniugem.

Sitres sunt Parca, nobis ut carmina dicunt,
 Hac parat, illa trahit, tertia fila secat.
 Prima tibi mater fuit, altera mortua nuper
 Coniux, quæ sequitur Atropos illa fuit.

Epi-

Epibaterium Hippolyto à Collibus,
 21. Decemb. Anno 1608.

Dicitur Hippolytus, postquam Plutonis adempto
 Fascibus humano sole calere datum est,
 Atq; iterare bona iusse sua stamira Parca,
 Gaudia Diana magna creasse sua.
 Non aliter nostris postquam nunc redderis oris,
 Redditur & patrio lux per amica foro.
 Latatur Phœbus, Confusus quoq; cuius aceruus
 Non tulit hunc Mystam tam diu abesse suum,
 Quem tanti casus, discrimina tanta per ignes
 Suppositos cineri corripuere virum,
 Anne hic immerito dicitur Auernum adijisse,
 Oraq; trifrontis continuisse canis?

Julio Guilhelmo Zingrefio.

MOrbus ridiculus satis diu me,
 Iuli dulcis amice, lancinauit,
 Cui Melancholiam dedisse fertur
 Matrem cum Hippocrate Galenus olim:
 Et tamen quoties benigniores
 Hoc vitare volens, dedi cachinnos
 (Indignum) toties retorta turgens
 Peētus viscera, lancinare sensi.
 Dignum nonne videtur hoc cachinnos?

Ad Aelium post reditum ex Bauariâ.

MEis gratia reddidit Ichona,
 Me penatibus & focis paternis.
 I nunc Hippodata & reclude claustra,
 Cauri, & Threijciai mone officinas,

E 2

I nunc

*I nunc tristis hyems, re fer sodales,
Nimbos atq; nuvis glomos geluq;
Riuos & genus omne frigus acre,
Dum nobis licet ad focos calentes
Vulcano simul & litare Musis.*

**Propempticon Iulio Guilhelmo
Zincgrefio.**

D*Vm tu mercatum varias proficisceris artes,
Et proculexternos visere queris agros;
Vtq; alia cælo pascantur & aère gentes,
Qui mos, qua leges, iuraq; quale solum:
Quæ te Zincgrefi precibus votisq; sequamur,
Quando simul socium non licet ire latius?
Non ita pullorum deplorat funera mater,
Non matrem tenera sic queritantur aues,
Vt vultus, Guilhelmo, tuos hoc pectus anhelat,
Vtq; tuam implorat nostra Thalia fidem,
Et supplex rogitat, memorem te vivere nostri,
Cui mens, cui vires, nostraq; cuncta vigent.*

Nuptijs Alberti Molnaris Vngari.

H*oc erat in votis pridem, clarissime Molnar,
Huc tua iam dudum puppis habebat iter.
Femina, quæ fessum nouit recreare maritum,
Lucentem assi suo, dum struit igne focum:
Dumq; facit proprios sibi surgere ritè penates,
Et parili fidum pectus amore gerit,
Cuius velle tuum velle est, cuiusq; voluptas
Ea tua, de cuius vulnere tute peris.*

Hæc

*Hæc tibi, seu nostris libeat considerare terras
Siue afflictæ tuam patria poscat opem,
Vt se sociam iunget, comes ipsa viarium,
Alliquiunq; tuis dulce laboris erit,
Hæc faciet latum viuum feliciter animum.
Vt faciat, votis apprecor ipse meis.*

Finis Epigrammatum.

ELEGIA

Ad Patrem.

N*on me cura sinit tristis requiescere, Musam
Non cohibere potest, nec lachrymasq; po-
test.
Me sub sole coquit, sub noctes cura recurſat,
Et libros madidos, squalida & ora facit.
Ergo iterum iuga sunt aptanda scholastica collo?
Inq; hoc tam misero vita trahenda diu?
Orbita nondum donandus sum rude nondum
Mitteret cæco carcere mannis aueni?
Ast mea si quicquam poterit præſtare Camæna,
Si patria hæc poterunt ora mouere preces,
Mittat ut hoc, facient, teneor quo carcere mæſtus,
Sicq; sit ad cursus area lata meos.
Caſaris ira atrox erat, at cui patria Sulmo est,
Iras placauit supplicibus mimeris,*

Stamina niq̄, ferox rupisset Parca, fuisse

Ad patrios diuos dulcis aranda via.

*Tu quoq̄, charo parens, non duro carmina vultu
Perlege, sed miti conueniente patri.*

*Scis bene quid cupiat. venias cur litera, quæ
Inconsecta a teo munera Musa petat.*

1. Consectio de Musæ meæ imbecillitate.

2. Precatio ad Deum pro Musæ meæ.

His mihi quæ vultis est, si quædã est nostra Camæ.

*Quam procul à Clarijs illa reposita locis! (na,
Nescia Pegasij latices reperire liquoris,*

*Quam male, tam sacro cassa lepore boati.
Illam crederim nec nomina nosse sororum,*

Nec tantum ille habeant quo moderante decus,

*Quantaq̄, melliflui sit gratia carminis, & quis
Vatibus à docto carmine surgat honos.*

*Edidit hanc, credo, obscuro ignorantia partu,
Lactandam sociæ stultitiaq̄, dedit.*

*Heu tibi queis fors te dederat natalibus ortam,
Quam fueras tristis lactis hirudo tener?*

*Est tamen una leuat sortiis qua damna nouerca
Spes, puto, at arte tusa non satis apta regi.*

*At etiam egrotum facit hac mulcere dolores,
Dum sibi, quid doleo: cras ero sanus, ait.*

*Iam posuere minas lymphatis tormina ventris,
Mox etiam domina desinet ira pedum,*

*Sic ego, iam dabitur iuga vincere Phæbica, dicam,
Diuinas dabitur tum quoq̄, tangere aquas:*

*Queis ego si semel incumbens mea labra rigaro,
Ipse dabit palmam carmini, Apollo meo.*

Ipsa

Ipsa Heliconiades, vah, dicent, noster Apollo

I procul hinc: nam nos qui regat, alter erit.

*Talia non nunquam malè sano pectore verso
Aspera pragentes spes vbi damna leuant.*

*Tu quoq̄, quacunq̄, es, Dominum cur improba cogit
Musa, quid inuitum hac ad tua damna trahist*

*Quid iuuat harentem me spe lactare caducâ,
Ipsa quoq̄, in noxas ingeniosa tuas?*

*Sape tibi volui dudum valedicere, votis
Nam nunquam fueras que satis apta meis.*

*Sæpe etiam vanis volui te illudere dictis,
Cras recolam, quamvis cras mihi nulla fores.*

*Omnia at incassum: non hac violentia nobis,
Nec datur impposito colla leuare iugo.*

*Ducere sic patriuos proles Clymeneæ caballos
Nixa, & non noto vertere in axe rotas,*

*Vt vidit brachis curuatis bella minantem
Scorpium, & athercas igne micare domos,*

*Tunc vero optabat curtus esse paternos,
Tunc quoq̄, nec tanti filius esse Dei.*

*Sic semper studia in contraria currimus: & quod
Dilectum modo, mox reppudiasse iuuat.*

*At tu summe Deus, natura cuncta stupenda
Imperio torques qui metuente premi,*

*Qui nobis miseris flii sacra lytra dedisti,
Nos quoq̄, dignaris Flamine Ioua tuo:*

*Da facilesq̄, mea fluxus ductusq̄, Camæna,
Qui te, non paruo flumine, dante, fluunt.*

*Sic olim dederas largè huius dona leporis,
Ignatis penitus Niunina magna tuâ.*

E 4

Ignat

Ignaris penitus aliquas tibi reddere grates,
 Ausus & nomen dedecorare tuum.
 Fingere qui primus varios Cacaodamonas ausus
 Maoniis, & falsa voce vocare Deos;
 Magno Virgilio, Romana & pollice cuius
 Pulsa fides, Gratos vicit honore lyrai
 Nasoni, Ausonio, Veronensiq; Catullo,
 Atq; alijs, quos est enumerare mora.
 Hoc magis ad te tuis donis qua magna dedisti,
 Magna quibus reddi gratia nulla potest,
 Adde inquam huic animo (tua qua clementia tanta
 Musam restitit cum pietate decus. est.)
 Vt valeas mea Musae tuae ex parte referre
 Laudes, & claros perpetuare viros,
 Ne, ciat hac florente labascere publica res, hac
 Possit celsa caput ferre per astra meum.
 Hoc sat erit, mea Musae, tibi, cantae ergo recessus,
 Hisq; animum Spathus nunc age pasce tuum.
 Ad suum Guilhelmum Zingrafium.
Tempore tam longo cur non mihi litera tandem
 Venit, lule, a litera ducta manna.
 Litera qua veterem possit recreare sodalem,
 Quem ferus indomito Siviis igne premit.
 Cur non & patula quandoq; sub arboris umbra
 Ambo, aut fortuito consociamur agro?
 Sit licet usq; adeo Procyon immissus in illos,
 Si nescis, Phoebus vis ea grata venit. (stria
 Quam male sub regno Hippodati atq; immitibus au-
 Phoebica Pegaseo flumine vena fluit:
 Quamq; male aduersus alacrem fecere procella,
 Nasonem, & diro frigora dura gelu.

Dulcius

Dulcius Arcadia nigri in montibus, hirti
 Panis amor Syrix rustica flata sonat,
 Dulcius in syluis densiq; sub arboris umbra
 Casta suum cantat Daulias ales Nyx
 At si cura mei tibi, vel si amor vultus inesse,
 Non ultra meritum te paterere premi.
 Crebraq; si nostra venit tibi pagina Musæ,
 Te decuit facilem huic exhibuisse manum.
 Cum nos tristis adhuc habuissent iura Magistri,
 Crebrius officio functa Thalia suo est,
 Nec potuere schola te vincla inhibere volentem:
 Et quam te monui dicere saepe mihi,
 Si me Academica præclara Lycea tenerent,
 Tunc foret ad Musas area aperta meas.
 Hæcine cura tua est? hic ne est labor, o bone Iulid
 Siccine contemptu gratia nostra tibi est.
 Nunc equidem aut infusa tibi sunt pocula Lethes,
 Meas regit aut antrum Tisi honea tuum.
 At tibi si qui, quam est animi, si iura Thalia,
 Fallere si Charitos nescia iura mouent,
 Excute corde moram & peruersa te excute mente.
 Non est huic animo Pieris apta tuo.
 Tu quoq; si quicquam te unquam mea thura iuuarent
 Auriculam huic anima Delphice velle mea.
 Vosq; Heliconiades, mea dulcis visa, Camæna,
 Huic date quæ mittat, vestra mihi jacula.
 Tu quoq; prætereunda minus mea Gratia, amico
 Sancta Sodalitij, o incute iura meo.

In nuptijs Sororis.

Hæcenus inuisa cætu glomerata Diana
 Virgineo optabas membra mouere choro,

E 3 Gaudet

Gaudebas, soror, in molli vitularier herbâ,
 Nescia ceu durum ferre iuuenca iugum.
 Compede nunc grata tenet ecco Thaluffio vinciam,
 Incautamq; vaser in sua castra trahit;
 Castra quibus stabiles posuit concordia sedes,
 Signa quibus pariter fœmina virq; ferunt:
 Dulcia queis vna miscetur & aspera vita,
 Vnica queis sunt corpora bina caro.
 Hac alias curas & mores tempora poscunt,
 Non eadem uxori, qua tibi virgo licent.
 Induc crimales tumido velamine vittas,
 Nec graue sit longa pondera ferre stola:
 Quid faciunt summo luctantes vertice crimes,
 Sertiq; qua signum virginitalis erant?
 Ecce maritalis se tollunt limina valua
 Iamq; iuuat cari liquere tecta patris
 Iam pueros ignem sequeris lymphamq; ferentes,
 Atq; alios transfers stemmata nostra lares.
 I tuate quo fata vocant, soror, i pede fausto,
 Nec turbent captas crimina falsa vias.
 Vt qua radices olim mox brachia iunxit,
 Et iam summo harent oscula fixa libro,
 Quercus vicini concrevit reboris ora,
 Umbra horret subtus, nubibus exit apex:
 Sic Solzheimeri Lingelshemiaq; propago
 Surgat in immensas, sed sine labe minas.
 Mox matrem decima cognoscant cornua lune,
 Qua modo in amplexu coniugis uxor iet.
 Quisq; nouus coniunx, & qui modo nunc pater audit,
 Vna operâ fiens hic auus, ille pater.

In

In nuptijs Iohan. Christophori Halleri, &
 Michaelæ Dionysij Godofredi
 Ifi filiz.

Felices nimium queis sunt connubia cura,
 Quos iuuat equali subdere colla iugo.
 Inq; vicem flexis innectere vincla lacertis,
 Vincla quibus demptis tollitur omnis amor,
 Queis sine non domus est, non est respublica constans,
 Stat quibus humanum perpetuatq; genus,
 Si videas cœlum tota; ex ordine terræ,
 Si videas quicquid terra vel aquor alit.
 Has statuit leges cunctis amor, omnia nexu
 Gaudent, quæq; iacent singula, iuncta vident.
 Ecce ea qua quondam vitis sine honore iacebat,
 Nec dederat fructus mox peritura suos.
 Vlmis nunc eadem demum sociata maritis
 Surgit in amplexu viuida facta virri.
 Vitis ut arboribus pulcherrima vitibus arbor,
 Ut decori est hederis populis alba suis:
 Sic Michaela, tui decus est Halleri amoris:
 Talis adest sinui sponse marita tuo.
 Crescite concordēs anima felicibus astris,
 Semper victurâ crescite progenie.
 Viuite spes sobolis certissima, viuite sponse,
 Finis & in vestro pectore viuat amor.
 Beatæ memoriæ Nobiliss. viri Otho-
 nis à Grunrade.

Tene etiam extremâ patriâ procul, alloquor horâ,
 GRVNRADE, ô superum consociate choros,
 Nec mihi cum fas sit cineri dare thuris honores,
 Pauca sono rapidis verba ferenda notis:

E 6

Ab

Ah quoties tristis subijt subijisse dici,
 Ah quoties vultus dulcis imago tui,
 Quâ mihi Gallorum properanti visere terras,
 Haud iterum hac fragili luce videndus eras.
 Cum tenerum lacrymis nostri testatus amorem,
 Vix tremulâ poteras dicere voce, vale.
 Illa dies nostris impressit cuncta medullis
 Qua prius ante oculos sunt tibi gesta meos,
 Quales diuino profuderis ore loquelas,
 Qua saepe imbelles rexeris arte manus;
 Nunc reperis; grex ille schola quam pinguis herbis
 Gustarit campi pabula lata sacri.
 Te procul ex alto nostros spectante labores,
 Ceu solet errantes pastor amicus oves.
 Imperio diuisq; tuis, tua signa secuti,
 Militiam faustis gessimus auspicijs.
 Quin etiam placido, quod patria Principe gaudet
 Horce tuum est, debet patria id omne tibi.
 Et pater & gnatus, debet tibi natio tota,
 Quotq; tenent clauis publica sacra patres.
 Facturus miseris quondam mortalibus umbram
 Plantatus dextrâ est sarculus iste tua.
 Pro molli violâ, pro pulcri flore Hyacynthi,
 Neglectus lolium nunc licet exiet agris.
 Ausum etiam magnâ testari voce per auras,
 Atq; super tumulo ter geminare tuo:
 Si quid in his hortis sani reperitur odoris,
 Aut rosa purpurei lumina tincta croci.
 Sive tuo cultu manet hoc, GRVNRADÉ, reliquum,
 Sive spes est vires semini inesse pares.

Patri

Patri tuo charissimo.

SI tibi cura tuâ superest, pater, vlla Friderici,
 Aut amor antiquus corda subire potest:
 Hæc etiam lato lucem, pater, aspice vultu.
 Qua mihi nascens prima videnda data est.
 Qua mihi crescenti pubertas incipit aurea,
 Et nouus ætatis qua mihi surgit honor.
 Multaq; iure sacro veniunt in rebus agendis
 Minia, sollicito quæue agenda foro.
 Aserne mi, pater, hocce decus: nisi cæ hoc tibi triste est,
 Quod nunc viruo, quod hic spiritus ossa regit.
 Sint, quos quondam habuit meus hic natalis honores,
 Vt tua me tepidâ dextra leuauit humo.
 Cum poterat noua spes generis, magnumq; videri
 In vacuâ puerum ludere posse domo.
 Non si me indignis tactat fortuna procellis,
 Hoc tibi iam videar laudis habere minus.
 Parce, pater, nostro crimen conuigere fato,
 Sorsq; quod est, culpam velle vocare meam,
 Si nimy nosuere libri, si Palladis artes,
 Namq; hic est nostri fons & origo mali:
 Tolle libros, oculis præsci reddentur honores,
 Tolle libros, linguæ membra veteris iners.
 Quid iuuat ætatem studio corrumpere inani, aut
 Desidia lentos præcipitasse dies?
 Quidq; animos iuuenes molli frigisse sub umbrâ,
 Nec patuli cœli iurgia posse pati:
 Hæc viris artes viri: us ea: demq; labores
 Ascribit sanguis quos iuuenilis alit.
 Tolle libros: plenis in campum mitar habentis,
 Dum sedet in viridis plena iuuentia gemm.

E 7

Quod

Quod nequeunt oculi, manus utraq; protinus & pes
Cumq; humeris facient, brachiaq; & latera.

Quicquid & integri est, ventos quoq; frōte lacessam,
Multaq; de nostro surget arena pedes.

Nec tamen hac inter misero sol occidit omnis,

Qua; ferunt certus annus & astra vices.

Ver violas segetes fert aestas, poma leguntur

Cum sunt calcatis sordida rura botris.

Et mihi, quod fortuna negat, florentibus annis

Forte secuturo tempore fata dabunt.

Tu modo me pater alme tuo defende favore,

Et dubia ventos adde Deosq; rati.

Nonne vides nigris late ut dominantibus undis

Mugiat irato pressa carina solo?

Ut prora antennaq; gemant fractiq; rudentes,

Sauiat utq; ferox in mea vela Notus?

Per te ego coniugij quondam communita testor

Fœdera, per cineres matris & ossa mea

Per quecquid carum est: miserum ne desere natum,

Quem clauo à recto diruit vnda mimax.

Ne frustra in sterili nudus delinquar arenâ,

Listore vel vacuo naufragæ membra legam.

Neve his si vitam periens amitto sub undis,

Nec tanquam superum vota caduca Deum,

In trabe nostra tibi pietâ obseruetur imago,

Et tendas seras ad mea damna manus.

Viro Nobilitis. Guilhelmo Ancelio, Régis

Christianis. Consiliario. domusque re-

giæ Magistro de felici reditu

gratulatur.

Sic aiunt oculos vigilis qui contudit Argi,
In cælo varias ire redire vias.

Qui

Qui simul annuerit diuum pater atq; hominum rex,
Illicet in latam voluitur ales humum.

Et venerandorum nunc terreat atria regum,

Nunc fert ad tenues nuncia grata casus.

Te postquam magni portantem iussa tyranni

Mirata est nostra pars quot acinç; plaga:

Mox Palatina domus voluit sibi adesse magistrum,

Et fuit hortatu cultior aula tuo.

Nunc patria ambabus reducem complectitur vlnis,

Se tibi dat requiem, te sibi quarit opem.

Aurelia nimium brevis est habitatio parua,

Qui genitus mundi totius esse bono.

Iohanni Iacobo Hebero.

Est Deus in rebus, factorumq; imperat ordo,

Atq; suum poscit Numen ubiq; locum.

Coniuncta ecce suo graditur Christina Iacobo,

Et paribus gaudet festa agitare sacris:

Vidimus annales tacito sic voluere cursu

Ut iungenda duo corculi iuncta forent.

Sume novos, Hebere, animos, tibi namq; amicum est,

Argutumq; tibi sternuit omni amor.

Spargite Christina flores, date thura Iacobo,

Verbenas calidis adde Camilla joci.

Ipse nigram cingens circum tua tempora myrtum,

Præfatus Dimos queis amor in pretio est,

Ante aras pleno libabis pocula in curo,

Multa vouens Veneris, multa Hymenæe tibi.

Præses sacrorum sit vestrorum Hærsius, ille

Qui dudum Veneris Cyprii signa tulit.

Inde Ladislaus Musas in vota vocare,

Nos morem in salinum pelleret amemus humum.

Latm

Lactis id intende fides, tibi & omne sacellum,
 Et resonet Nymphis amula sylvia suis.
 Parvus ego mystes veniam quocumq; vocari,
 Atq; ministerio cingar adesse tuo.
 Gaude sorte tua, tibi iam Christina parata est,
 Amplexui pandens brachia tota tuo.
 Aspicias ut siccis instet iam Sirius agris,
 Si nescis, tales sunt in amore faces.
 Hic facit ut simili duo pectora ab igne caleant,
 Alter in alterius sanguine vivat amans.
 Dei Deus ut Pylios amor hic aternet in annos,
 Atq; ferat casti premia multa thori.

Illustrissimo viro Iacobo Augusto Thvano,
 rebus bene ac feliciter gestis, pace red-
 dita firmataque, reduci.

I Am strepitus belli magnas compleverat urbes,
 Famaq; terribili mouverat arma tuba.
 Quisijt & sensit magnorum prime virorum,
 Pressa tuam dubijs patriae rebus opem.
 Et nunc victor ades Gabium demissus amictum,
 Ut tani claudas limina sacra patris.
 En hostis sine caede iacet, sine crimine pax est,
 Quippe ferox nullo vulnere pugna fuit.
 Non tua ferali vitatur palma cupresso,
 Nec maculam à sparso sanguine Laurus habet.
 Laurus tota vires, palma est fragrantia amena,
 Miscet & ipsa suas Palladis arbor opes.
 Talis erat (so vera canunt) qui nō in ille triumphus
 Hercules, indigenam quon sibi callus ait.

Ipsius

Ipsius innumera nascuntur ab ore Catena,
 Quos trahit attentos quolibet ire duces.
 Sanguine sacra non vlla est gratia dextra,
 Lingua ferat pulsus laurea persa malis.

In obitum amplissimi viri Hippo-
 lyti à Collibus.

A H quem te memorem diuini nominis Heros,
 Quaeve mihi tristem lacryma spargat humum?
 Hec nimium fatis nobis erepte proteruis,
 Hec nimium subita vis sperate necis!
 Occidis, & sic nostra simul data caecidia ventis,
 Illo tempore, vicem luctus acerbis habet.
 Curia praesidium, filium domus inclita peccus
 In gemit, & promptam quisquis amictus opem.
 In lacrymis urbs est, se lugent vndiq; rura,
 Et tangunt humiles sicera tanta laras.
 Quid mirum, si sparsa tenet tua innumera tellus,
 Laudis ubiq; volant obuia signa tua?
 Te populi & gentes, noti ignoti, loquuntur,
 Et tam iustitiam quam beneficia canunt.
 Non tua dicitur quaequam lasisse potestas,
 Nec quis erat pulli, te faciente togâ.
 Ast tua Phœbea praesentia lampadis instar
 Fulsit, & hanc nostram lumine sonit humum.
 Ac reliquos ibas procer, s interq; Dynastas,
 Nocturnas inter cois vaga luna faces.
 Delitiasq; & am. & populi: Tu maxima cura
 Principibus quot quot maximi in orbe, viris.
 Talis eras contra cum staret Caesaris orna,
 Et peteres magni iussu superba senia,

Cum

Cum testata tuum Maieſtas ſacra triumphum,
 Haud mora reſpondit, quod petis, hoſpes, habe.
 Talis erat, talem inuictâ virtute gerebas,
 Quando loqui magnis regibus eſſet opus.
 Cum tua prudentis Gallus conſulta probaret,
 Laudaretq; probam terra Britanna fidem.
 Audit & ſtupuit regni ſacer ordo Poloni,
 Doctrinam, atq; oris verba diſerta tui.
 Fulcrum ſperâq; ſuis petijt te Dania rebus,
 Et doluit tanto iuſſa carere viro,
 Quid loquar hic actas in mutua ſcedera gentes?
 Vt tractatâ tua, bellaq; paxq; manu.
 Res bene geſta foris, noſtris laus addita terris,
 Ruſus & in proprio gloria parta ſolo.
 Conſilio Princeps firmatus, reddita iura,
 Que Nicer & montes & nemus omne ſonat.
 Deniq; ne vano ventos ſermone laceſſam,
 Hic tumulus tantas contegit vnus opes,
 Has tamen immenſum diſperſit fama per orbem,
 Atq; hominum iuſſit viuere cunq; fauor.
 Iſta premi metuens villo ceu pondere PALMA
 FLOREBIT ſeculis innumerabilibus.

Michaeli Loefenio Iſto auo ſuo.

Care (reſers. et ceterum naturam nomine dulci
 Et nomen vero vincit amore) pater.
 Quos nunc te dicam gemitus, quas pectore curas
 Concoquere, & luctus corde ciere graues.
 Dum raptam deſtes crudeli funere partem
 Dimidiatam (donec fata ſtetere) tui,
 Cum ſubit uxoris, nuper morientis imago,
 Aus quavis vacuo membra leuata thoro.

Nos reliqui longo numero, tua turba, nepotes,
 Plangimus, & ſtillans irrigat ora liquor.
 Plangimus, & quot quot dolor eſt diſperſos in artibus,
 Tot repetunt pectus ſpectula ſcena tuum.
 Materiam & vires dolor omnes colligit in te.
 Quippe tibi ſocia eſt, mater adempta tuis.
 An fuit hâc unquam felicior altera mater?
 An melior vel qua iuſſior vlla fuit?
 Cui quot erant nati, quot naſcebantur ab illis,
 Tot ſceta in tenues corda fuere plagas,
 Cuilibet in tenero ſeruabat pectore partem,
 Ceu fouet implumes garrula mater aues.
 Inde tulit lato ſolatia grata marito.
 Cum quo commixtus ſpiritus ipſe fuit.
 Grata puella prius iuueni, veneranda vigenis
 Max matrona viro, tum noua flamma ſeni.
 Sicq; atas quantum labentibus abſtulit annis,
 Tantum in deſeſſus tempore creuit amor.
 Quid pietas, virtusq; & conſtans cultus honeſti?
 Quid manus officijs officioſa pijs?
 Singula prætereo, nec publica dæmona reſendo,
 Ah nimium proprios obruit imber agros!
 O dæmon demum quâ ſtat mortalia ſortem!
 Verteret ô miſeras, vitâq; morisq; vices!
 Si non ſpes certi ſuperceſſet firmior aui,
 Siq; homo nil aliud quam caro neſtra foret.
 In terram fixos oculos auerte ſepulcro,
 Corporis & chari ſperne referre decus:
 In cælos animam mentis comitare volatu,
 Carpentem in ſuperis gaudia cerne thronis.

Sat vixisse puta, qua ducto molliter auro,
 Progeniem laeti crescere vidit agris.
 Annona in sterili hac exaruit arbor arca,
 Semper ut in campis floreat Elysiu.

Piis manibus viri claris. Godofredi Iur.
 germani Præceptoris sui.

Ingermanne jaces! sic lilia solibus vstra,
 Sic rosa nimboso concidit ieta Noto.
 Ergo hortus Phœbi tantum decussus honorem
 Squallet, & inculto gramina vestit humum.
 Quondam etiam Æolijs placidè ludentibus Eurijs
 Flebilis in summis sibilat aura jugis.
 Hinc volucres, illinc respondent omnia sylva,
 Itq; per immensum nania tota nemus.
 Nympha, Pierides Nympha, ferte ordine tadas
 Ad bustam, æquias Cynithius ire iubet.
 Pastor: urv; D; charissima numina ruris,
 Sive Arcas vobis sive Diana præst.
 Ferte citi violas, calathis date lilia plenis,
 Vos rigidum puro fonte lauate latus.
 Sanguis, lacq; sacrum geminis stet manibus aris,
 Et circum tristes thura dona rogos.
 Rustica dein pubes in verso cuspide Thyrsa
 Omnis eat, nullo numine signa ferens.
 Ipse licet nigrâ Pan conspiciare cupresso,
 Nec pudeat pilla sumere penula onus.
 Omnia iam mutantur, amat contraria luctus,
 Nec dolor insanus sat rationis habet.
 Non ulli fas sit pastum bis egisse diebus,
 Aus latum molli sistere in amne pecus:

Reddi-

Reddiæ eous stabulis, si vos vel Daphnidis ignes,
 Vel quicquam afficiunt dulcia verba Chloës,
 Que dedit hic primus pueris cantanda Latinis.
 Atq; opere obstupuit Romula terra novo,
 Et dixit: Latio sacrum caput esto Luperco,
 Concedat Fauno Nympha Pelasga suo.
 Nec magis vlla iuuet gaudentes rure Camœnas,
 Quam que Gotfredi pagina nomen habet.
 O Iuuenis diuice! tuum decus ergo manebit,
 Gloriâq; & seris fama ferenda viris;
 Iamq; tuum nomen montes, sylvaq; loquentur,
 Surgat & in laudes qualibet vnda tuas.
 Cernis vti cælo iam sis veltandus aperto,
 Vt iungat currus diua Peranna sacros:
 Daphni & ipsa Chloë concordia sumere frena,
 Imperioq; volent fluctere colla tuo;
 Non aliter bijugos ac quondam rexit amantes
 Veltâ per Idaos Euthœa mater agros.
 Nos reliqui purâ tibi munera menti seremus,
 Sive vicia versus seu mage ruris opes.
 Fors & in umbroso stabit tibi monte facellum,
 Multiplicis textum munere, Nympha, tuo.
 Cui sagus super alma Notos defendat & æstus,
 Frondea congeries claudat vitrumq; latus.
 Heic Gothofrede tibi faciemus vota quot annis,
 Atq; tuis dabimus mascula thura focis.
 Te surgente die, manifestâ voce canemus,
 Te cum precipitat in mare Phœbus equos:
 Nominaq; ærijs tua commendabimus alnis.
 Crescens, & noster sic quoq; crescet amor

Nunc

Nunc sed enim ereptum lacrymis deslemus amicum,
 Ossiq; ferals condimus in tumulo.
 Spargite humum folijs fortunatamq; familiam
 Molliter in sancta ponite, quaeso, specu.
 O salue aeternum charissime Iungermanne!
 In nostro semper pectore vivus eris.

Nicolao Heinſio Centurioni Prætori-
 ve Manheimensi.

Cui non terra parens, vicinaq; rura paternis,
 Gallia cui nequijt figere tota lavem:
 Nec sat erat nostro tellus qua clauditur axe,
 Interieciſſent, ni p̄ia fata manu:
 Angulus huic celabri non eſt præcul urbe reſertus
 (Quæ ſe, Rhene, tuis Neccarus addit aquis)
 Laſſum militia corpus laſſumq; laboris
 Excipiat lato qui foueatq; ſinu.
 Hoc, Heinſi, patulo ſatis exercebere campo:
 Hac virtutis erit lata paſiſtra tuâ,
 Siue parum ſuctas deducis in arma cohortes,
 Reſpondes cautis ſeu tua verba reis.
 Haud aliter quam qui gyro decurrit eodem,
 Semper iam tritæ cogitur ire vias:
 Hoc facies populo laudante omniq; iuuentâ,
 Ipſeq; te Princeps ſentiet eſſe virum.
 Accedes placidos tecum qua vivat in annos,
 Atq; fruatur ſimili prole marita domum.
 Creſcei Manheimium: ſic Heinſi gloria creſceat,
 Et longe in ſeros vita beata dies.

Epithalamium eidem Heinſio & Salomæ
 Lingelshemiæ ſorori ſuæ.

Dum

Dum procul à vobis peregrinos erro per agros
 Nuncq; tot urbs mundi maxima monſtrat opes:
 Tunc iterum veteres, Heinſi, meditaris amores,
 Et cinerum vacuos ſuſcitât aura focos!
 Iſq; viam, vario ducentibus ordine ſatis,
 Quæ ſtat virtutis meta petita tua?
 Talis amor fuerat noſtra te iungere genti
 Sanguine quo fieres noſter, ut ante fide.
 Coniugij neſcens adamantina vincula ſacri,
 Vincula de manibus non ſolida tuis.
 Qua nec tempus edax, nec qua rapi omnia mortis
 Dexteræ ſit ſtabili vellere dexta loco.
 Noſter es, & noſtri qui te peperere parentes,
 Cognatos noſtros dicimus eſſe tuos.
 Noſtri etiam proprio quos ſperas corpore natos
 Concordes cœunt inuicem vtrinq; lares.
 Et dextras iungunt ac oſcula dulcia ſigunt
 Amplexusq; iuuat congeminare pares.
 Salve iterum atq; iterum dulci mihi nomine frater,
 Salve hoc ter felix coniuge cara ſoror.
 Hoc modo tot ſpatijs habeam diſcluſus iniquis,
 Audiat ut vocem hanc illeq; & illa meam.
 Votaq; qua facio ventis allata duorum
 Auribus in cœlos non temeranda volent.

Friderici Lingelshemij Ode quæ
 ſuper ſunt.

I.

Ad Numina ruris.

Faune diuorum geliderum amator,

Finium

Finitum Sylvane pater fidelis,
Tutor hortorum quoq; tu Praepe,
Nunina ruris;

Vosq; quicq; densa placuisse sylvae,
Cynthia intacta cornites, quot estis;
Vosq; vicini patrias colentes

Neccar is undae:

Ruris umbrosi per amœna vestri,
Perq; vocalis resonantia undae,
Sape tentanti varios recessus,

Parcite alumno.

Vos mihi ruris lepidos honores
Condite, atq; unda vaga temperate,
Si frequens vobis modulata Flacco
Carmina canto.

P. I.

Præempticon Iohanni Cameroni,
Scoto.

VT sol iugosa gratior aminet
Per montium, quando trepidat, polo
Demensus albentes meatus
Præcipitare in aquas caballos:
Sic me relicto cedere dum paras:
Spirare grati nescio quid mihi
Videre, quod tristes minatur
Diuidias animo dolenti.
Plurumq; sic est, quorum animos Charis

Vinclo

Vinclo ligavit non rescilubili,
Illorum iniquitate terra

Corpora dissocianda marene

Os redirent tempora ferrea

Antiquum in aurum, iungeret & viros

Aureos in insulis beatis

Virgo potens pater atq; diuim!

Felici eorum me insererem choro.

Quantum potessem non humilis puer,

Vt raptus altâ pastor Idâ

Est satur ambrosiâ deorum.

Verum malignus quiddam semel Anxirus

Corrupti, unquam corrigere est nefas:

Quo nos vocat fors paulum amica

Cumq; pede est facili sequendum.

Nos te, relictis quod licet, optimis

Votis euntem prosequimur: Deus

Forsan benignus post aristas

Te dabit exigua victu.

Laudare non mi iam studium tuum

In me probatum, non animum meum,

Sub quo repositum, tempus est, qui

Quam vel in exiguo labascat,

Dehiscet tellus mi prius erida.

At tu Fridericum, quod facis, integer

Tecum fer in quascunq; terras,

Atq; vel in tumultum supremum.

Patri suo de filio nato & nouo anno
gratulatur.

Vides utambo muneribus sibi

F

Cer-

FRIDERICI LINGBLSH.

Certent Eani, quiq; aditu ferat
Es ille cuius sunt patentes
Imperio bifores Olympi?

Nova ille gnatum gaudia limite
Offert in ipso: hic verd operam suam
Promittit atroces Podagrae
Ludibrium in mare ferre ventis.

Ast ipse vultus quos gerit & manus
Puer beatus: queis oculis patrem
Agnouit, aspexitq; fratres
Non sine Dijs generosus infans!

O dulce matris delictum! decus,
O spes parentis nascere, nascere!
Non omen infelix pusillo,
Nec noceat malacung; lingua.

Tuq; alma mater non spuis in sonuit
Cessas iacenti dicere seu pium
Præfiscinet aut frontem aut tenella
Labra luto tetigisse sacrot

Hic mensa lunoni, & tibi lectulus
Pilumne stabit, Dijs genit alibus
Hic thura, Cunina, merumq;
Det genio ingeniosa nutrix.

Frontem serena, & te melioribus
Pater beatus temporibus parat
Sic mandat ex alio imperator:
Sic placeat Damino potenti.

Epi.

RELIQVIAE POETICAE.

Epithalamium Ioanni Michaeli Loefenio,
matrimonium ineunti cum Catharina
Sedelmeieri p. m. vidua.

Prius remotis Anglia leuis
Allapsa nostris aura facis tua,
Stupere virtutem cogit
Egregiam, & bene nata sponsas
Nunc quando vestri iungere dexteras
Lares dederunt, omnia diximus

Maiora dictis, te beatum
Atq; tuos thalamos canentes;
Cui tam fidelem, tamq; piam thoro
Bene ominata consociet faces;
Quam gratia omni parte, dij

Nectaris imbuat irretorta,
Nec si in priorem fors thalamum impes
Bachata duro est, aut male condita
Facies iugales ad supremum
Huius domini rediere bustum,
Spernenda sic est. surgit enim vice has
Crescitq; virtus; crescit & hac amor
Fato ruensi sic secundum,

Reddere persacilis maritum.
Mercanda Laij non pretio leuis
Relicta coniux cesserat Oedipus
locasta, quamvis & tyrannum
Insidia & populi tumultus,
Fatisq; iniqui conditio aspera
Non missa Lethes, dum vada ad infera
Terras reliquit: nec timores
Inuadit trepidaq; cura.

F a

T h.

124 FRID. LING. REL. POET.

*Thalassionem tu melioribus
Beatus intras auspicijs, tibi*

Adiuncta turtur turturi addit,

Auspicium trepidante penne

Surguntq; lenes nunc Oaristya, &

Risus iocusq; sacra Lubentia, &

De nocte crescentes calores

Atq; modi faciles Thalassi.

Tu dum praebis, non semel, ô Hymen

Hymen, proteruâ voce sonabimus:

Nec cedet insanus Cupido

Multisona ingeminare vos.

Julio suo.

Iucundo scilicet dicere risui

Aptum fert animus, tute, remissiori

Quod si iure cupis discere Phœbico,

Seu crater mirra tibi

Expectandus eris, siue hedera decus.

Nam si nescieris dicere, filia

Thymni certa tibi munia accetat, hui

Pœnaxâ ridiculam nimial

At si dante suas delphico Apolline

Vires, solvere nodum poteris sagax,

Iam crispas medians Palladium decus

Cynnes flos hedera tibi.

Euge conditioni facilem bonus

Da nutum ad graciles atq; leues iocos.

Dic qua maxima miracula imitantia

Caupones faciunt Daum?

IOAN-

125

IOANNIS LEONHARDI

Weidneri, Palatini

Conatum Poeticorum

LIBER I.

A D

Splendore Generis, honore, virtutum GENE-

ROSOS & pranobiles Iuvenes,

Domitium

IOANNEM SIGIS-

MVNDYUM à KETLER, GE-

nerosi in Monjoya, Ambotten, E-

fern, & Altendorff, &c. primoge-

nitum, Auditorem suum ex-

optatissimum.

E T

FRDERICVM IOAN-

NEM Von der Neef / EQVITEM

Liuonum, discipulum meum olim

charissimum.

F 3

Red-

Redhostimentum pro Delitijs Poetarum
Belgicorum dono à Domino Iano
Grutero datis.

Delitias misisti mihi, geras reddo Grutero;
I nunc & gratiù munera missa nega.
Ad eundem Ianum Gruterum Phoe-
bum alterum.

Iura nouem Musis dat Phœbus, datq; Gruterus;
Diuisum imperium Phœbus habetq; Gruter.
Potro de eodem Atlante cœli
literarij.

Qui te ait Atlantem, nil erat, quippe, Grutere;
Musam hoc cœlum qui geris, vnus ades.
Friderico Ludouico à Grorath.

Bellum cum vitij bellum, & victoria velle est;
Nam tali bello gloria bella venit.
Ad Eberhardum de Spinâ.

Ethiopem facies: auris demonstrat a sellum;
Cantus auem: prodit deniq; sermo virum.
Balthasaro Leuthnero.

Vt bene succedant socialis fœdera lœti:
Vxor ducenda est, auro, oculo, atq; manu.
Eleni mulier, claudusq; canis, iuransq; propolas
Hac tria na morus quib; moratus eris.

Procax puella.

Anna rogat iuuenes: iuuenes rogat Anna, dat vltro;
Ergo cornipedem captat auena sibi.

Cuidam.

Aut nihil, aut Cæsar.

Aut nihil, aut Cæsar votorum est summa duorum.
Esse nequis Cæsar, & nihil esse negas.

Adhuc.

Adhuc.

Aut nihil, aut Cæsar gemini est sententia voti,
Quod cupis esse nequis, quod potes esse negas.

Ad M. Cunradum Deccerum præ-
ceptorem.

Sol vitæ sapientia.

Sol oculus lumen, vitæ sapientia sol est;
Hac animis hominum est, ille quod est oculis.

In Annæ maritum.

A Veneris disces scis quid tuus Anna maritus;
Ille pedes, claudus vir tuus est cerebro.

Dic ubi sit fulgur, quâ & versetur in orâ,
Et dicam mundi gloria quorsum abeat.

Regula Oeconomica Nob. Friderico Ioan-
von der Nect.

Non qua non habeas, aut queis opus esse putabis,
Mox coïmas, sed queis non caruisse potes.
Impersonalia nuptias persequentia.

Ducens uxorem, hac impersonalia duces;
Cum tædere piget, cum miserere, pudet.

In Ianum.

Nescis tam multa fauens cur, Iane, puellus;
Hoc scio quod faueat nulla puella tibi.

Ad Ioannem Zincgrefium Collegam.
Amantium iræ amoris redinte-
gratio.

Fortius extinctus semel ut carbo vtere fertur.
Sic post liticulas fortius urit amor.

Ad quandam.

Agnatam dare vis mihi, sed præconia miste.
Nam laudata nimis, venditur illa minus.

F 4

Por-

Porro.

*Agnatam laudas, vis ducam? Nolo, quid ergo?
Vino vendibili non opus est hedera.*

Amica Conrado de Spinâ.

*Nec formosa nimis, nec sit deformis amica,
Displicet hac cunctis, omnibus illa placet.*

Ad Iulium Wilhelmum Zingrefium.

*Oser vi in vitio constans, sic dignus amore
Qui nunquam captam finit amicitiam.*

In eandem sententiam.

*Laudo similitates mortali lege creatas:
Odi cessantem post rogum amicitiam.*

Etiam.

*Sit nisi perpes amor, nisi in ipso flore simulas
Occidat, hac nunquam nec placet ille mihi.*

Ad Paulum Wolffium Collëgam.

*Quisque sui delicti pœnam
luit.*

*Alterius causa furtum qui perpetrat, illi
In proprio collo pœna luenda venit.*

Ex Germanico.

*Nulla aded insipida est florens atate puella,
Vt vetuli gratis esse marita velit.*

Vindicta à tergo.

*Pactus signatum nemo unquam crimine gessit,
In tergo qui non pertulerit Nemesin.*

Ad M. Melchiorem Adamum Præceptorem.

Poetarum fama, fames.

*Septem defuncti certant de patria Homeri
Vrbes, sed vivo nulla alimenta dedit.*

Liui-

Liuido.

*Zoile quantum vis clames, latres ve ut Hyla flor,
Iuxta est, latrantis morsio nulla canis.*

*Viure qui nouit, didicistq; tacenda tacere,
Omnia scit, quamuis hac duo sola sciat.*

Sat citò, si fat bene.

*Ne quid precipites quamuis res urgeat, acta
Res satis illa citò, si satis acta bene.*

Ita aiunt.

*Fecisti, negita, crimen quicumq; fatetur
Vel semel, is facti creditur esse reus.*

Quid tum?

*Sic est, sic fuit & semper, semperq; futurum est,
Ob ius, ius multi pessimè habere solent.*

Per me nigrum fit quotlibet album.

*Quod cupio nequeo, fuit huc sic vsq; ferendum est.
Sicut it, uuit adhuc, iteq; perget ita.*

Expertus crede Ruperto.

Ad Christophorum à Ieckeln.

*Credere non cuir vis, non omnia dicere qua scis,
Nec dare cuncta alijs, nullibi obesse potest.*

Cape tibi hoc.

*Fac bene cuncta, tinge tamen omnia, fœnore nulli
Exponas nummos, si tuus esse cupis.*

Liuido.

*CANDIDA parua mea est, quid refert Zoile: sed tu
Arcadici, hoc refert, maximus es pecoris.*

Ad maritum meechar.

*Publica dum cordi foris est tibi res, tua, Iane,
Publica res coniunx incipit esse domi.*

F s.

Lau-

Laudatori importuno.

*Vt me dilaudes, obolos tres postis honoris,
Ne me dilaudes en tibi sex obolos.*

Furis iam iam morientis petitum ad
carnificem.

*Tucca cruci ascriptus, collum iam fune tenent,
Quas, gula ne obfit des operam laqueus.*

In Pericula IANI GRVTERI.

*Dulce pericla sequi tua certè est, IANE GRVTERE,
Quod vacua arte malà, plena quod arte bonà.*

In eiusdem Hermosynam.

*Candida me, fateor, arctè tenet, arctius illà,
Ne IANE inuideas, me tenes Hermosyne.*

Ad Reinhardum Philippum Finccium.

*Aula, Amor, Ausupium, iria sunt, mortalia corda
Qua spe fallaci ludere sapè solent.*

In Album Ioannis Zingresij.

*Cuncta domo, inquit Amor, mentire, pecunia dicit,
Namq; amor arbitrio statq; caditq; meo.*

Ad Balthasarum Leuthnerum
Pastorem.

*Det Deus oro illi cui re vel nomine noras,
Vt ferat ipse sibi, quod votus ipso tibi.*

Forma $\pi\alpha\tau\tau\alpha\sigma\phi\epsilon\lambda\omega\sigma$.

*Cui vires, vobary, ingens natura negavit,
Qua vincit cunctos Formina, forma facit.*

Liurdo.

*Non ego carpenti mea carmina, scribo legenti,
Qua nisi Momo legas, nec tibi scripta putes.*

Respon-

Responsum deplorata puellæ.

*Si non casta magis, castam tamen esse puellam
Me quondam memini, & nunc meminisse inuaz.*

Audendum.

*Audendum est, Helenam nunquam, mihi credite, du-
In pedibus quisquis cor muliebra gerit. (cor)*

Coruus, Aethiops, meretrix.

*Est corus Aethiopi, simillima quæq; meretrix,
Nam frustra his sunt Balnea cuncta tribus.*

Ad Ianum.

*Et malè sacra facis, facis & malè carmina Iano,
Vxoripotiss qui facere ergo bene?*

Ex Hierocle.

*Vt dormitanti scires qua gratia vultus,
Bauco oculis clausis consuluit speculum.*

In præconem vxoris.

*Coniugis in laudes qui garrulus ora resoluat,
Quid facit ut Leno coniugis esse capiat.*

Philauto.

*Quæ ratione mihi quarunt sit Bauco beatus?
Ipse abs rivali quod sua solus amat.*

Aedibus exiguis inscriptum.

*Parua quidem domus hæc, sed multi illa quietis
Sat, quum diiunctos non ferat AVLA duos.*

Poeta impunè non læditur. Ad Mar-
cum Rischerum.

*Crabrones camera irritos atq; Poetas,
Nominis hinc funus, corporis inde tumor.*

Ad Gretham.

*Mente vaga, ore procaz, errans pede, lumino pollens,
Bam raram præstas, sè, Gretha, Penelope or.*

F 6

Lxi

Laudatori importuno.

*Exiguus labor est Epigrammata scribere male,
Scribere sed lectu digna, opus & labor est.*

Baucon.

*Difficha mille unâ Bauco scribillat in hora,
Sed dare mille bonum lucibus ille nequit.*

Echo.

Noster ANASTASIVS qua habitas in montibus

Echo,

*Dicito, AN EST HASIVS? reddidit, EST
HASIVS.*

In Suspiciones Iani Gruteri.

Suspicione nihil pestes, nil suspicione

Est melius; populi, IANE GRUTERE tua.

In mutuos præcones.

*Rhetor Philosophum, Sôphus effert: Rhetora verid,
Verum igitur, mulum scabere mulus amat.*

De Scriptis Iani Gruteri.

Si Latium antiquum quaris, lege scripta Gruteri,

Noli plus Latium querere, Lector, habes.

In Matthonem Fatuum.

Si mox, cui Leporina aures, leporinaq; mens est,

Prædi ferat canibus, nunc ubi Mattho forest?

In Fabianum.

Nil intentatum, tua symbola sunt, Fabiane,

Credo intentata hinc vernula nulla tibi.

Liuido.

Zoilo quid carpit nostros edentule versus,

Carmem qui nescis carmina reddis mern.

In

In adulterum.

Qui capit uxorem puto vult scortilla cauere,

Quid prodest vxor, si cales in famulâ?

Fac rectum & omnia time.

Quod rectum est aude, metue interea omnia, lingua!

Liuentis Momi vix tamen effugies.

Poetz Loripedi Aldo.

Carmina cum pedibus Musis & Apolline digna

Tot scribas, tibi fac, sis, aliquando pedem.

Adeundem.

Aldus nutantem Hexametrum pede protinus auget,

O tibi si possis ipse pedem adicere.

In Opheltem Aretalogum.

Quaritis in laudes proprias cur surgat Opheltes,

Causa est, vicinos non habet ille bonos.

Vir bonus commune bonum.

Vir commune bonum bonus est, quicumq; saluti

Impendit patria se, patriumq; bonum.

Satis est.

Sana valendo, bona fama, marita pudica,

Hac cui contingunt, num miser esse potest.

Ad Wilhelmum Schumannum con-
discipulum.

Noctare & Ambrosiâ pascantur Numina: lata

Mens fert perpetuas terrigenis epulas,

Cui bono.

Per fas, perq; nefas inhiamus diuitijs, qua

Cum sint collectæ, vadimus & morimur.

Ad Fridericum Lingelshemium,

Artes inuenit duris in rebus egestas,

Ingenium pauper, dives amat genium.

F 7

Ad Conradum Felsheimium. Occu-
pat extremum scabies.

Qui metuit galeam capias. mihi turpe relinquo.
Ducit ad alta. vigor, tendit ad ima timor.

Fortunæ contemptus.

Vt lubet, inconstans facito fors paginam utramque
Non damnare potes, nec potes astra dare.

In IANVM.

Quaritur uxorem IANVS cur ducere nolite,
Causa est, Germanam non habet illepidam.

Ad Glauciam.

Glaucia præclara quid iactas munera formæ
Non pacant stomachi iurgia rubra labra.

Nihil.

NIL prodest oculis, sed non conducit egenis,
Non satiat ventris iurgia atra Nihil.

Μὲν γὰρ ἀπίστει.

Qui sibi non fidus, fidum tibi credere neli.
Sapè subest fidei maxima perfidia.

Cum vulpe vulpinandum.

Regnat ubique, dolus nostro iam tempore, saltem
Causus sit, qui non candidus esse potest.

In Pontilianum.

Vt videre sciens, loqueris, sed doctus haberi
Si cupias, noli, Pontiliane, loqui.

Iube Deus, & præsta vires.

Quod vis Christo iube, da iussa capessere vires.
Christe Deus, voti hac summa caputque, mei est.

OTHO GRVNRADIVS. Anagramma.
HONOR DIV GRATVS.

Religionis amor, Musarum lampas, Honorque
GRATVS, Grunradi, si maneatque, diu.

Me-

Medium tenere beati.

In medio virtus, medium tenere beati,
Virtutem, medium qui bene cepit, habet.

V. duo faciunt W. Vinum, Venus.

V. duo si iungas, Germanica diffio prodire,

Hac vox Ausonij signa doloris habet.

Latiscat mentes humanas potus Iacchi;

Si modicus fuerit: si nimius fuerit.

Deo confusus, nunquam confusus.

Confusus nunquam, confusus quisque, Iehoua.

Tu confide Deo, & cætera liber age.

Ad Ioannem Schwartzium Schaff-
husianum.

Fumus, amor, tussis, tria sunt, qua tam bene celas;
Quam bene celabis sole oriente diem.

In Opheltem.

Tempore quaque suo: dicti memor huius Opheltæ
Quarit ævellanas, cum fera regnat hyems.

Auarus mendicus.

Fando peræ caret mendici, nescit auarus:
Non habet hic, quod habet, quo caret, ille cupit.

Ratio ditescendi.

Quæ ratione rogas citò quis ditescere possit?

NIL CVPIAT, Cresce & ditior esse potest.

Hoc age.

Vesper adest properatque, dies superest opes ingens,
Urget harum, merces detur vis, HOC AGITO.

Bacchus λυσιμελής.

Membra patri soluis mittendus Bacchus in autas,
Soluis sed nobis, & caput, & femora.

Pec.

Peccati Antidota.

Ne pecces, serua, repete, exerce, atq; verere,

Legem, iudicium, iustitiam, Nemesis.

Ad Frid. Lud. von Groenrath, Nobilem Westphal.

Sit pudor in vultu, decoretq; modestia visum,

Os taceat, iuuenum sunt decora ista tria.

Cræsus.

Cræse, rota, fortis qua sit variatio monstrata

In folio, inq; rogo, postq; rogam in folio.

Fac totum Theologicum.

Ad Nobiliss. Fredericum Ioannem
bon der Reet.

Manca fides est, ars est manca, scientia manca,

Ergo FAC TOTVM sit Deus atq; Fides.

Quidni?

Si solum durant quorum rarissimus vsus:

Semper durabunt IVS, PVDOR & PIETAS.

Ad Sebastianum Lucium.

Vitricus est mundus quibus, atq; hac vita noveratq;

His cælum patria est, hisq; Deus Pater est.

Miraculum Miraculorum.

Mirantur septem mundi miracula, mundi

Verum miraculum cernere vis? Homo id est.

LEX, REX, GREX.

Est Lex Rex mutus, Rex est Lex ore soluta,

Lex sancit, fert Rex, Grex facit obsequium.

Socrus quando optima.

Optima quando socrus, vis dicam Pontico? natam

Cum locat in thalamum, mox tumultum ipsa petit.

Ad

Ad Nobiliss. Marquardum à Glauburg discipulum lectissimum.

Sunt duo virtutis, duo fortis nobile nomen

Qua pariunt, ars, Mars, eera vel aris opes

Ad D. Petrum Cuttenium.

Das semel oratus, vix dat, dans sapè rogatus,

Qui dat sponte sua, dat bona cuncta sua.

Diuitia.

Spinæ diuitia pariunt pietate carentes,

Qua pariunt rursus cum pietate rosas.

AVLA.

Ad Conradum de Spinâ.

Immerito ditat, meritis depauperat AVLA,

Ditari ex aulâ si cupis, esto malus.

Facilis descensus Auerni:

Vna via ad cælum, millena semita ad Orcum,

Es mirum est, paucos hanc tenuisse viam.

Amicitia vitrea.

Pocula qua faciunt, non durant, sædera, vitrum

Res fragilis, fragilis vitrea amicitia.

Nullum infortunium solum.

Vt fluctum fluctus: sic luctum luctus adaugeat?

Qui fugiendo fugat, quiq; fugando fugit.

Ad Reinerum von Staden.

Rex fortis, fortis Liber, res fœmina fortis,

Fortior his peri stat sine sine valor.

Rabula.

Ad Gerardum Mylandrum I. V. D.

Alfiori atq; Reo linguam qui mactipat auro,

Iure forense illius dicimus Amphibien.

1 A

Alpha

Alpha est cunctorum nostrorum vita malorum:

O Mega Mers: reliqua sunt labor atq; dolor.

Ad Ioannem Calmannum Pallotem.

Musica, vina, quies, curas ac pectore pellunt:

Protelant vitam, Musica, vina quies.

Ad Nobiliss. Ioannem von der Nect.

Ars, Mars quam decorat equi tem, tam nulla caballo

Sunt moles: ambos sella & una capit.

*Ad Iulium Guilhelum Zingresium
meum Thesea.*

Agrè tum medicis, malè tum iurisq; peritis,

Cum bene agi homines; cum bene habent homines.

Ad Dn. Balthasarum Leuthnerum.

Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines:

Finis sed Christi nullus amoris erit.

Γωδὶ σελύορ.

Nosse arcana Dei quid prodest intima vellet

Γωδὶ σελύορ cum discere nemo vellet.

Vita, somnus.

Dimidium somni vita pars, altera vita est.

Diuisum imperium vitæq; Morsq; tenent.

Fugit irreparabile tempus.

Horas, moratur, semper quicumq; moratur:

Cum possis hodie cras voluisse, fuget.

Nemo sine crimine viuít.

Crimine nemo sine est, sicut nec pumice granis

Poma carent. Felix qui premitur minimis.

Ad Dn. Wernerum Teschenmacherum.

Magna virum doctum, sapientem, maior habetur

Laus: laudum laus est maxima at, esse bonum.

*Ad Dn. Eugenium Iudicem Parg-
mensem.*

Vix iuria genitrix, hanc sed mox nata peremit.

Filia quàm bona IVS, tam mala VIS genitrix.

*Wirico Wilhelmo à Bernsaw filio
in Hardenberg.*

Fallere peruersa est nimium ros quærens tempus

Ipsam cura nimium fallere nos soleat.

Liberalitas vera.

Pro sale frumentum dare non est gratia, largi

Nomen habet, nullas qui recipit charitas.

Mors non timenda.

Quid mortem refugis, somni sed maxima cura est

Vi noris: frater somnus, at illa soror.

Fide salua omnia salua:

Perdita res est, salua est res: spes perdita: salua

Ros: amissa fides, perditæ cuncta putes.

*Qui non sapit cerebro, plectitur
pedibus.*

Quæ minus in capite est prudentia, debita in ossibus

Sapè pedes vorant, sapè pedesq; launt.

Profusio.

Pannituisse iuuat; DA, DONA, PRODIGE, vitam

Ad paupertinam proximus hic aditus.

Auaritia.

Ad Marcum Rischerum.

Die quid opum tumultus, tumultus nisi metus & aquid

Dura sibi mater, mira nouerca alijs.

Tua cura.

Qua nil scire Tuâ refert, nec scire labores:

Si curâ gaudes, nascitur illo demôn

Multa oculus, verum cernunt duo lumina plura:

Quod nequeas solus perfice cum socio.

Arcanum.

Nummos depositos qui perdit, sapè refundit;

Arcanum prodens reddere qui poterit?

Imitandi bona, non lacerandi.

Inuidisse bonis, animi est Liugre referti:

Inuidus inuideat, tuto imitare bonos

Mundi peruerfitas.

Pramia cum in prauos cum in rectos parna redandas,

Non pudet esse malum, nec iuuat esse bonum.

Damnum vtrinque ex alea.

Vincere vel vincis; si vincere, damna dolebis;

Si vincas, hosti iam tibi victus eris.

Ad Nobiliss Fridericum Ioannem.

non der Rect.

Vitam Iona: genus fors: dant alimenta parentes,

Ipse tibi mores Ian- Friderice dabis.

Nihil frustra.

Terra homini; Mare piscibus: est q; Volucris ad

Traditus: ast ignis dic quibus ille malis.

Poma Persica.

In patria virus, alibi sunt vescula poma

Persica: multa domi noxia, sana foris.

Gloria.

Captantes refugit, fugientes gloria captat,

Vis famam, famam si potes, Alde, fuge.

Parfimoniam magnum vestigat.

Viuuitur ex multis, ex paucis viuuitur aquè;

Frugalis tantum ac prodiga vita potest.

Ani-

Animus pauperem & diuitem facit.

Pauper pauca cupit, cupit omnia auarus habere.

Huic animus deest, sufficit huic animus.

Respice finem.

Crimina ne facias, finem spectare memento,

Finem si spectes, crimina non facies.

Promptior Deus ad dandum, quam homines ad flagitandum.

Vota licet properent, Deus est velocior illis,

Non dum lingua suum Ioua peregit opus.

Aula Tyrannica.

Paruo carnificina atq; aula Tyrannica distant,

Illam extra, hac intra mœnia perficiunt.

Plebeius & Nobilis ordo.

Introitus vita idem, idem vita exitus ima

Plebi & Nobilibus, fors modo dissimilis.

Inanis opum gloriatio.

Quid de diuitijs cumulatis cornua iactant

Fert illos prauus basia nemo nisi.

Malum consortium.

Non animaduertens faciem qui sole colorat,

Nec reputans, gaudens, fit malus ipse, malis.

Deus vnus, amici plures.

Ad Dominum Albertum Molnarum Re-
tor. Oppenheim.

Sat Deus est vnus, non est satis vnus amicus:

Hinc numerus prodest, inde nocet numerus.

Modus vitandi peccata.

Crimina ne facias: tibi testem apponito semper,

Testem si apponas, crimina non facies.

Om-

Omnibus contingere potest, quod
vni contigit.

Quod Titio latum vel durum contigit, illud
Quid prohibet Tatio quo minus eueniat?
Aula.

Flamma ad mota urit, semota illuminat: Aula
Que sit conditio, hinc discere quisq; potest.
Gaudent patres à filijs vinci.

Hostes cum inuidiâ, cum plausu vincere multo
Posse datur patres, victus & ipsus ouat.
Contrita corda Deo.

Electi, non cogi nouit diuina potestas:
Ne sit supplicium fac sacra suppliciter,
Malum auerfandum.

Quae mala naturâ: bona longo addiscimus vsu.
Quis furor est igitur velle malum fieri?
Aurora Musis amica.

Aurea dicta Aurora hora est verâ: Aurea Musis
Tempora nam referat: plumbea sunt reliqua.
Ars non onerat.

Non onerat tergum, didicisse fideliter artes:
Verum susceptu non ita sunt faciles.

Non è quouis ligno Mercurius,
Mercurium à ligno quouis haud feceris. Omnium
Nec mox Do&or erit, quem Plato magno, doces.
Impius.

Quid iuuat esse piumpietas laudatur & alget.
Quoq; magis pius es, hoc minus aris habes.
Pius.

Quid iuuat esse malum: pietas laudatur & alget.
Verum est. Dat caelum quod dare terra negat.

Lite-

Literæ sine pietate.

Quod pueri in manibus præcurus culter: id artes
Sunt artes cassa religione sacrâ.

Suz quisque fortunæ faber.
Quod quisq; intriuit sibi nouerit esse id edundum:
Si lauidè lauidè: s; modicè, modicè.
Sperandum.

Omnia s; perdas spem conseruato memento,
Qua semel amissa postea nullus eris.
Rara, cara.

Sit rarum, charum quod debet longius esse,
Nam res tanta nimis, res quoq; grata minus.
Inuidia.

Ignis & inuidia ratio par, ignis ad alta
Tendit: sic summos strangulat inuidia,
Non facile est æqua commoda men-
te pati.

Rard conueniunt, rard unâ sede morantur
Res ad vota fluens, mens retinensq; modum.
Amor non vi exprimitur.

Nerue & s;idibus multa extorquere licet:
Solut amor neruam non aris artificem.
Deus habet oculum vindicem.

Ab miser, etsi homines celer quis crimina forsan,
Vindex cuncta tamen, lumine Iowa videt.
Fallere, mœchari, furari, occidere res est
Intuta, ac male d; intusior arguere.

Quo te cunq; loco veluit Deus esse, maneto:
In massam falcem turpa dare alterius.

Non aquila solum defendunt se unguibus uncis,
Sed scarabæa etiam vis sua contra aquilam est.

Cor-

Corpus.

Ad Conradum de Spinâ. I. V. D.

*PVS & COR, corpus duo sunt que constituunt. Nam**Corde sine est Corpus PVS, aliudq; nihil.*

Oratio Hypocrytica.

*Dum cor non orat, nequicquam lingua laborat,**Nec Deo habetur honos: sed potius fit quusa.**Vt tua conscendat penetretq; oratio cælum.**Non ORIS, Cordis sed tibi sit Ratio.*

Quid tum?

*Quod mihi diuitia nulla, non curo: fauere**Nam tantum doctâ diuitia vitis.*

Nescit loqui, qui nescit tacere.

*Disce tacere, loqui perdisce, iuuenta, loqui nam**Ferme nequit, qui non seit tacuisse quocq;*

Tempore quæque suo.

*Tempore quæque suo, nam quod non tempore iusto**Est, male fit, fiat perbene, amice, liceat.*

Oculi iudices animi.

*Quorsum cancellos ad pectus Mome requirit?**Sunt oculi mentis ostia aperta viri.*

Magnis virtutibus magna vitia:

*Proxima sæpe rosa vitica est: virtutibus olim**Addita sic summis summa simul, vitia.*

Ut fementem feceris ita & metes.

*Sementem parcam nunquam seges ampla secuta est,**Qualia quisq; serit, talia & ipse metet.*

Voluptas.

*Dulcia mella sapit primum patrandâ voluptas,**Qua patrata nihil, sed nisi triste parat.*

Nobi-

Nobilis quis.

*is nisi nobilior generosis, sanguine, factis,**Non modo non aliquis sed quoq; nullus eris.*

In amorem.

*Quot cælo stella, quot flores vere reudent,**Diuidys tot amor, dissidysq; scætet.*

Maxima dona.

*Ex votis vxor, mens sana in corpore sano:**Et socius fidus: cælitus hac veniunt.*

Pugna impar.

*Vir pugnare viro vir forsân par: duo prestant,**Tres terra affligunt: quatuor interimunt.*

Dies supremus.

*Ipse dies Gotofrade diem dijudicat: omnes**Postremus: cælum, hunc qui bene finit, habet.*

Finis coronat opus.

*Vespera sera diem laudat, vita exitus acta**Iudiciumq; toni clausula ferre iubet.*

Finis Libri primî.



146.
IOANNIS LEONHARDI
Weidneri, Palatini,
Conatum Poeticorum

LIBER II.

A D

Nobilissimum & Amplissimum Virum
IANVM GRVTERVM
IC. HISTORIÆ AVGV-
stæ Professorem & Bibliothecarium
Palatinum.

Lectori.

L Effores pauci sat, & vnus, sat quoq; nullus:
Si aq; sçz boni, si ager ab inuidia.
Fortuna.

Defuit haud virtus, sed tantum occasio multis:
Vincunt, Dina quibus, illaq; & illa fauet.
Præceptor, discipulus.

Citra liuorem doceat quicumq; Magister;
Absq; pudore velit discere discipulus.

Consilium.

Consilium dare vis: absit procul ira, metusq;
Thulo illam iubeas; hunc petere Antipodas.

Vide cui.

Est vitium cunctis, vitiosum est credere nulli:
Felix qui nouit, cui sit habenda fides.

Iani-

Libe r I I.

147

Inuidia.

*Ærugo ferrum, cancer consumis habentem:
Vt meret, exeditur inuidus inuidia.*

Mors.

*Salue Mors, salue miserorum pausa laborum:
Intraitus vita mors melioris aue.*

Affectuum domitor.

*Pellai Heroës non omnes possumus esse:
Sed qui se poterit vincere, maior erit.*

Pudor manet.

*Temporis ac morbi, quantum vis regia forma
Ludibrium est: sarti fama pudoris euat.*

Pecunia regina.

*Nil desperandum duce Nummo atq; auspice Nummo.
Numen eris, nummos si numerare potes.*

Cuique suum.

*Quæstio qualis erit, talis responso detur:
Pro captu fatuo, pro ratione sopho.*

Vetula saltans.

*Cum ducit choreas annis vetula obstita, mortis
Ludibrium, risum prolicit Eumenism.*

Inanis excusatio.

*Vt te defendas, vicini crimina proferas;
Mundus sed cæno nemo fit alterius.*

Iudicium falsum.

*Qualis quisq; alium talem mox ipse putabit:
Si bonus, esse bonum: si malus, esse malum.*

Talis nondum natus.

*Sicut is, ire sonas, melius non reddere cunctum est:
Est gratis annosâtes res cicurare canem.*

G 2

Nescit

*Nescit, vitarit quantum damni atq; pericli,
Qui freta vitauit, femineumq; femur.*

Vmbra defuncti regis.

*Quod sum, vos eritis, sua cuius urna mouetur,
Rex hodie in folio, cras cinis in loculo.*

*Surgere manè toro, maturè nubere, nunquam
Cordatam debet poenituisse virum.*

*Gratia egestati, debetur plurima ventri,
Artes vos facitis non latuisse bonas.*

*Formosus Nymphas, Aurum, se, deniq; honores;
Quatuor hac totus mundus anhelat, amat.*

Ora & labora.

*Imploratur ubi Deus, & manus impigra sudat,
Vtilis est sudor, proficiuntq; preces.*

*Multos non animo fures, occaso fures
Fecit. Quot scelerum heu perdimur insidijs.*

*Scire cupis qualis de quo vis fama per urbem?
Vicinos quare, & certior esse potes.*

*Crimina nemo sua alterius sed cernit acutè:
Nam anteriora patent; posteriora latent.*

Clepsammum.

*Effluit & refluit Clepsammum ut; sic fluit atas:
Quoq; fluit citius, Mors venit hoc propius.*

*Verbis efficias non paucula, plurima factis,
Mortua verba iacens, viuida facta docent.*

*Vates & fatuus cognato nomine iuncti,
Despici hic verè, despici ille ferè.*

Non

*Non habitat magnas sincera affectio turres,
Aut si habitat, fundo pressa misella latet.*

*Congere, conde, caue, monco, ditescere si vis:
Perde, effere, sponde, si cupis esse nihil.*

*Quid desles functos tempestatemq; futuram?
Non hanc impedies, nec reuocabis eos.*

*Nosse Deum ars artis, nosse ars est altera sese:
Tertia non minor est ars, bene posse mori.*

Votum.

*Fama bona in terris, post terras caelica sedes,
Felix inq; solo, sic fuerog; polo.*

*Non fatuum est Fatuum: fatuum sed credere vatis
Est fatuum, vulgo credere se fatuo.*

Ratio, Oratio.

*Rex ratio, rationis serua oratio: serua
Pone igitur Dominum, non eas ante sumam*

*Pauperiem, morbos, mortem, ignem deniq; Auerne,
Vitrea lucretur sapè iterata salut.*

Regula Oeconomica.

*Deme parum magno, magno dein deme pusillum,
Tempore sic paruo paruius aceruus erit.*

Liur & adulatio.

*Laudat adulator, contemnit ut omnia liur
Lisset ut ingenium hic, placet ut is genium.*

*Verbis, promissis, fatuos puerosq; fouere est,
Facto cordatos est opus erga homines.*

*Quorsum verba iuuat disperdere? fragmina vbiq;
Fractarum ollarum enim reperire licet.*

G 3

Quisq;

Quisq; Senectutem, nexu optatq; iugales
 Quas ubi nactus habet, pœnitet, atq; piget.
 Conscientia mala.

Nec vestimento sat tuid absconditur ignis,
 Nec iuramento conscia mens sceleris.
 Quod citò fit, citò perit.

Fulgur ut apparet citò, sic citò cedit in auras,
 Et citò dispereunt, qua citò proueniunt.
 Sat citò si sat bene.

Tendimus huc omnes, citius hic, tardius alter:
 Quid referit citò sat qui bene soluit, adest.
 Fœnus.

Est scœnus funus, dam' luctum lucra, Sodalis
 Vt calcitrosus, desuge scœnus, Equum.

Clara bibens, & vera loquens, & debita soluans
 Nil rabulis debet, nil medicisq; dabit.
 Lites forentes.

Si tibi processus duo, vendas, suadeo, primum.
 Alterum, eris felix, si super addideris.
 Lectori S.

Carmina miraris post tot cur edita scribam,
 Inter ego madidos sobrius esse queam:
 Vir, foemina.

Mas substantiusum est, foemella sed Adiectiuum:
 Vir virtute sua, nititur illa viri.

ALDO.

Mendacem ut monstres, cupiam quid soluere quaris:
 Vt monstrem furem, Tu mihi quid solues?
 Vacuum dari.

Rerum in naturâ vacuum negat Atticus, at quo
 In nostra pera est, ipsius & cerebro.

In

In Poetam claudum & furiosum.
 Claudus es & claudet cerebrum tibi, serq; quaterq;
 Infelix, vni quod nimium, ambo tenes.

Aulæ Etymon. Ad Marcum Ri-
 scherum.

Vnde sicut quæris nomen sortita sit AVLAI
 Olla illic causâ viuere quod soleant.
 Ars Lulli.

Est brevis Ars Lulli fateor, sed dicite quas,
 Quid prodest breuitas si noceat implicitas?
 Ostentum. Ad Paulum Wolfium.

Ostentum fuerat Phœnicem cornere quondam.
 Integrum ostentum est nunc referire virum,
 Dictum Polycarpi furis.

Nunc in pace tuum dimittis Christe ministrum,
 Quandoquidem vidi, mē venis unde saluum,
 Fur Polycarpus ait, visâ de limite longo
 Debebas fieri quâ Monogramma, cruce.

De medico indocto.
 Bis mille Herimogenas transmisit corpora letho.
 Hinc iussus causam dicere, ita orsus, ait.
 Non est in medico semper reclusus ut ager,
 Interdum doctâ plus valet arte malum.

In margaritam mihi dono datam à Nobil-
 iss. matrona, Amelia von der Marthan
 viduâ Nobiliss. viri Dn. Ioan-
 nis von Groenrath

p. m.

Patrona. Dominâq; liberalis
 Salus Nobile, margarita, munus,
 Clausa auro pretiosa margarita.

G 4

Acto

Arte, condita, margarita, summa,
 Tot circumdata margarita gemmis,
 Quos Nili ostia, Theba habentq; portaa,
 Tene vllis ego conferam lapillis?
 Vllis posthabeam Te ego lapillis?
 Cunctis non Te ego praeferam lapillis?
 Patrona, Dominaq; Liberalis
 Salue nobile, margarita, munus.

De Margaretha filia Doct Petri de Spinâ
 Archiatri Palatini.

Nempe rosa ex squilla non nasci creditur. Atquâ
 Nascitur ex SPINA Margaris atq; rosa.
 In Gelliam.

Gellia formosa est, credo, famosa eademq;
 Credo, ficsa est, credo; vitiosaq; , credo.
 Aulicus. Ad Nobiliss. Christophorum
 von Ieckel.

Aulicus O praestat, numerantis pro postu quo
 Nunc nil, nunc centum, nunc quoq; plura valeo
 Pro lubitu numerus, sic nunc est aulicuso omnis
 Regis, mox Nulla est, qui modo cuncta fuit:
 Anagramma. Iana Grutera.

VER AN GRATIA dicatur tibi, nata Grutero,
 Dicta ipsa à Iano Iana Grutera, patre,
 Nil refert, VER virgines secl'i illa: Tribusq;
 Vna est de Charissin, GRATIA quarta vel est.
 Patrono auaro.

Esse nimis videor voti Tibi, Symmache, auari,
 Et iaculari ultra spem capienda refers.
 Posco nimis, fateor, sed & illud Symmache noui,
 Cùm rogo te solidum, se dare vix obulum

Scho-

Scholæ & Ludi Erymon.
 Ad Richardum Hemelium Rector.
 Heidelb.

Cur schola sit ludus dictus miraberis lector!
 Non quia delitua desidiaq; locus:
 Sed quia ludibrium fidus commune Magister
 Creditur esse viris, creditur & pueris.

Iro pauperior cùm sis vis Cræsus haberi:
 Esto: sed ut Macedum rex Deus est habitus.
 Vero verius.

Quaritur hospitium inueniat cur nullibi Weidner?
 In promptu causa est: dicere vera solet.
 Fiscus, viscus.

Viscus aues veluti illaqueat, sic omnia fiscus:
 Viscum aues pedibus, fiscus opes manibus.
 Lectori delicato.

Nempe coquo, vetus est. Domini gula nota sis ô has
 Constatet libro gloria certa meo!
 In Spurium.

Caupo, f. bar, sartor, sutor, Mango atq; sacerdos
 Te patrauerunt, na generosus homo es,
 Ad amicum.

Non miror nigram tibi pro albâ coniuge dâctam
 Praestat nigrum albo fertilitate solum.
 Ad alium amicum.

An vidua an virgo ducenda? Habitare per amplâ
 Vis, viduam: angustâ, virginem habere velis.
 Ad candidum amicum.

Inuidiosus homo es, dicis mihi Candide semper.
 Metra tua ede, ais, aut inuidiosus homo es.

G s

Inui-

Inuidiosus ego minime, sed vermibus esse.

Qui inuidet has nugas, inuidiosus homo est.

Lupus.

Est lupus insyluis; liquidus lupus innasat undis.

Triste malum in stabulis, dulce bonum in dapibus.

De Iosepho Scaligero.

Tempora correxit prognatus Scaliger astris,

Qui emendet mores nec fuit, est, nec erit.

Castaneæ.

Castaneas sentes armant & durus echinas,

Quid tuum? Num dulcis nucleus ille minus?

Fosibus Musæi.

Tempora labuntur, tacitiq; senescimus annis,

Tu causus hospes tertius esse velis.

Porro.

Cui sordent Musa, nec curat carmina Phœbi,

Musaum hoc vetitum non erit esse sibi.

Adhuc.

Ambubaiarum hic hospes collegia noti

Quarere; Pierides hic synodum celebrant.

Insuper.

Hospes cum possis verbis rem dicere quinq;

Sexto inuile est difficilem esse mihi.

Germanus, Italus, Gallus.

Thaida dome Italo; Germano posula; Gallo

Lautitias: restum quarere quisq; uolet.

Sic fuit, est & erit.

Qui pote plus urget, qui plus dat, plus ualet idem,

Qui dare non poteris, vincere non poterit.

Ad

Ad Ioannem.

Qua me dona rogas, dicis nihil esse, Ioanni,

Si uerum dicis, accipe vota, Nihil.

De Hermosyne Gruteri.

Dum canit Hermosynes formamq; decusq; GRVTE-

RVS,

Cypria post latebras iuit & erubuit.

Dormi securè.

Securi dormite duces, dormite dynastæ,

Ex ubiis sed tum quando agit Antipater?

Amor auro emptibilis.

Non vi, non ferro, non igne domabilis ullo,

Frangitur hircino sanguine tantum adamas

Non prece, non lacrymis uirgo impetrabilis, auro

Fit patiens: Aurum si dabis, ipsa dabit.

Ad Paulum.

Vxor ducta Tibi deformosissima, Paule, est,

Commodum habes tamen hoc licet ananosissima sit.

Nullis illa potest fieri deformior annis.

Ollo asino termaximo.

Olle nihil cupio damni tibi, Slesia tantum

Ne tibi tangatur, si superare uelis.

In eundem.

Verba honoris non ligant.

Cœnaret mecum dixi Ollo, addixit Honoris

Ignorat nullum uerba ligare, asinus.

Anglia.

Elysius campus matronis Anglica terra,

Orcus Equi, seruis est purgatorius ignis.

© ©

Super-

Superbia commune malum.
Ad Ioannem Vietorem Pastorem
Palatinum.

Gestantes si nobilitate superbia posses,
Quis non nobilibus editus esset amicus?
Sic, nigris eadem gestantes traderet umbris,
Quam laxè in Mundo nunc habitare foret.
Ad Casparum Frowenium Consulem
Eluerfeldæ.

Cum nouus est hospes, factu scopaq; recentes,
Ha bonitate placent, is nouitate placet.
Cum uetus est hospes, usu scopaq; retriat:
Vulcano hæ dantur, mititur ille foras.
In Galliam.

Vxorem poterit se ducere perditæ Gallæ,
Qui petit uxorem ducere Tisiphonem.
Impius ait.

Viuo, quam longum sed nescio: fata manere:
Me scio: sed quando non scio, sed doleo.
Vado, sed quorsum non noui. Et non ego miror:
Quod facio illecebris, quod salibusq; vacor:
Pius ait.

Viuo, quam longum non curo: fata manere:
Non curo, Domina nam cado, stoq; meo.
Vado sed quorsum noui. Terrere quid ergo
Spicula me maris, mille queantq; crucest
Coniugium.

Ad Ioannem Pelletarium con-
tubernalem.

Tadia dant tædæ, dat spæq; Egipti, & sine luctu
Non colitur lectus, post thalamum Thanatus.

Vetus

Vetus & Nouum Testamentum.

Accipit à solis Phæbe ceu lumine lumen,
Defectus complet quo reparatq; suos:
Illustrat veterem noua sic Testatio: Luna
Quodq; est sol, veteri hoc est, Diatheca noua.

Alter cum vult, alter cum potest.

Cum vult diues edet, quod edat cum pauper habebit,
Ille suis dapibus uiuet, & ille suis.

Mos præposterus.

Cælum ubi sit constat, hinc de illo nemo laborat,
Styx ubi sit latitat, hinc de illa quisq; laborat.
O cæli nobis potior sit cura tenendi,
Quam inferni fauces ubi sint laus vana sciendi!
In Galliam Thuidæ.

Non ego vulgati in simulo te Gallæ pudoris,
Vita sed timeo, visâ te, Porphyronis.

In Ollum.

Diues es & locuples: nulliq; nisi cunctibus, Ollæ,
Debes, nemo Tibi, diues es & locuples,
Iustitia & fortitudo.

Sint omnes iusti, fortem nullum esse necesse est,
Sint omnes fortes, iustus nemo esse valebit.

In ex asse peruerfium (dilem)

Vertumnum, Anguillam, Satyrum, Vulpem, Croco-
Depinge, & quem vis pingere pictus eris.

In Alchy mistas.

Aurum si facitis, cur tantum impenditis auris?
Aurum conscitis, iam scio, non facitis.

Ensis.

Latro enses dirus portat, portatq; viator:
Ille tibi insidias, hic sibi præsidium.

G 7

Musa

Musa cur virginis.

Virgineo quaris, cur pingant schemate Musas,
Nil mera virgo parit, nil mera Musa parat.

Ad Iulium Guilhelmum Zingrefium
peregrinantem.

Noli admirari quare tibi carmina, Iuli,
Ingenij nostri pignora nulla feram.
Lampetien non si lucrari carmine possem,
Lampetie aut si quid charius esse potest.
Sontica causa subest, careo te chore WILHELME,
Qui sones ingenij qui mihi Phœbus eras.
Hinc Musa mussant, hinc vena exaruit omnis,
Atq; pedes veniunt carmina nulla mihi.
Quare igitur mihi Te, & Tecum mea Numina redde,
Aut admirari desine cur taceam.

In vaniloquum.

Nanus es atq; Gigas vis dicam, Pontice, quare
Nanus praestandis, pollicitiq; Gigas.

Opinionis vis.

Nemo miser miserum nisi qui se somnias efficit,
Et nemo felix se nisi qui esse putat.
Vsq; ad eò sortis qui vis faber est utriusq;
Felix, infelix, pro ratione sua.

In Ponticum.

Si me mendacem, si vis me reddere vanam,
Praesta promissa, & si potes, esto bonus.
In eundem de eiusdem sororibus.
Affines cur tot, nil miror, Pontice, dicas,
Cum tibi Germana tot, nec ea illepida.

De

De Iuventute Germana peregrinante.

Quaris quid referat tandem Germana iuuentus,
Itala perlustrans interiora, domum.
Morborum omne genus, vacuatas are crumenas,
Sublestamq; fidem, cui Metanœa comes.

Ad Candidum.

Multa libent multis, liceant cum Candido pauca.
Pauca mihi libeant, plurima cum liceant.

In auditores supinos.

Quasitum est olim in templis quid nam facit aurum?
In templis quare quid faciunt lapides?

Nothorum ingenium.

Si malus est Nothus, ex natura hoc obuenit illi,
Si bonus, hoc præter sit canones Physicos.

Contrarium apud me.

Angant sese alij uxores qui ducere possint.
Quomodo non ducam me cruciare solet.

Ad discipulum.

Lucre petens habili tauris adiungit aratro,
Es durum terra rusticus urget opus,
Et tu perpetuum capias ut nomen ab arte,
Pigraris libris inuigulare sacris?

Zoilo.

Parcere & huic opera poteram, qua versibus istis
Est data scribendis, Zoile linidule.
Aut certe in vulgus non edere. Carpere sed tu,
Zoile, quod possis non habiturus eras.

Finis libri secundi.

Ioan-

IOANNIS LEONHARDE

Weidneri, Palatini,

Conatum Poeticorum

LIBER III.

A D

Nobilissimum & Amplissimum Virum

D N. HENRICVM
BILDERBECCVM, SE-
renissimorum & potentissimorum
Electorum, Palatini & Brandebur-
gici, necnon Statuum Belgicorum
Agentem ordinarium.

Lectori.

E Mendare meos, lector, si cura libellor,
Res est iudicio libera facta tuo.

*Carpere sed tantum cupias si, scito relictae
Has Momo partes Zeilo & inuidulo.*

Ad Nobiliss. Iuuenem Fridericum Lu-
douicum von Groenrath.

*Si nisi cui Cicero magi us semperq; volutus
Nemo disertus erit: nemo disertus erit.*

*Illeq; si solus Magnus cui Tullius auctor,
Lud vice, Magnus erit; Lud vice magnus erit.*

Mercatori.

Si fortuna volet, spes de paupere dines.

Si

Si volet hac eadem, spes de ditite pauper.

In Effigiem Reuerend. Viri Domini
Petri Curtenij.

*Siae bonus sis, siue malus, non carpere quicquam
Hic poteris, Momus dixit & obtulit.*

Cœnipetæ meo.

Cœnabis mecum laute, Bacchum Cereremq;

Si tecum autuleris, Pontice Cœnipetæ.

Decarminibus Barti.

Carmina nil erras, an dicas crimina Barti,

Carmina sunt illi, crimina sunt alijs.

In Ollum.

Festina lente, dixit, septemq; diebus

Versum Ollus tandem protulit hexametrum

Ad Iulium meum.

Huc mea deducta est mens consuetudine longa,

Atq; ita sum meritis captus, amice, tuis.

Vt post nec male velle queam tibi, si male faxis,

Nec desistere amare, hostica sis facias.

In quendam I. V. Doctorem.

IVRIS Doctorem te vtriusq; hoc dicit I. V. D.

Signo. Puncta aufer, lud alijs fueris.

In coniuges rixosos.

Bella geris noctu cum coniuge, bella dat ortus

Solis, sunt medio, & bella cadente die.

Omnia bello igitur cum sint vestra acta referta,

Vestrum quis bellum coniugium esse neget?

Bellum cum vitijs, cum hominibus pax.

Cum vitijs hominum geritur laudabile bellum,

Pax cum personis vsq; colenda tamen.

Qua-

Quatuor Numina Mundi.
Ad Nobiliss. Fridericum Casimirum
von Jockels,

Diui, quos colit uniuersus orbis,
Nobilissime Friderise, sunt hic
Simonem sacer ordo Clericorum,
IVDAM cetera turba secularis
Omnes Cyprigenam & patrem Lyæum.

De Iano Grutero ἀολογρᾶφῆς
Transegisse diem Caesar malè se ille ferebat,
Quo non quem meritis fecerat esse suum.
Non luxisse diem reris Tibi, IANE, politâ
Quo non quid dignum scripseris aure virum.
Muri Spartani.

Condere quid prodest muros ex calce, Dynastæ?
Muros Spartanos condite quin potiss.
Irato mihi.

Ringeris, haud curo, geminus mihi creditur orbis,
Alter succenset, Nil facio, alter ait.

Vestium mutationes
Mores honores ut solent conuertere:
Mores bonos sic regnâq, ampla vestium
Frequens solet mutatio subuertere.

Famulitium compar.
Strenuus ut seruus, sic est mihi strenua seruus;
Fortiter hic potat, fortiter illa vorat.

In iustitiæ effigiem obuclatis
oculis.

Exœccat iudex, Astræa pictor inumbrat
Velo oculos. Rectum dicite quæ videant.

Ad

Ad eiusdem pictorem.

Astræa obuclat oculos ne pictor, iniquos
Quin eius mystæ, si potes, exocula.
Ad Nobiliss. Iuuenem Fridericum Ludo-
uicum von Groenrath, Equitem
VWestphalum

Nobilis es, magnum hoc virtutis & artis amator
Es, Maius, Pius es. Maximum id elogium.
Vlterius pergam meruisti ita Luduice, sed me
Contentum his gradibus Grammatici esse iubent.
Eleemolyna.

Pauperibus quicquid donatur fœnera portat:
Et cum nulla beant hæc lucra sola beant.
Perdere diuitias, eum diuitijsq, perire
Non vis, da cæcus, da cecidit, da miseris.

Ficti amici.
Ridunt dum rident, pringunt dum leniter unguunt;
Tecti non recti: fictitij socij.
Qui sapi ut Diis portas fictos fugat amicos.
Mors hosti una satis, his neq, mille satis.

Ad Nobiliss. Iuuenem Fridericum Ioan-
nem von der Neck / Equitem
Liuonum.

Lubrica fors, præceps occasio, Dactylus hæc lux,
Virtutum perpes nomen in orbe manet.
Sorte igitur caute, ista mox, frugaliter illâ;
Utendum hæc semper, scito FRIDRICE, Tibi.
Quatuor fœcunda quæ deceret esse
sterilia.

Errores, rixa, mendacia, pauperis uxor,
Fœcunda res sunt prolificaq, nimis.

Sed

*Sed nisi ventrum auferret vis irrita vota,
Ferre vicinum nunquam tuius illa foret.*

In Pancacum.

*Afer es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Blemius es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Claudius es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Duplus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Exules, & quæris tua cur consortia vitæ?
Fungus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Gibbus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Hircus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Irus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Καλον es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Luscus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Mopus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Noctua es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Ollus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Porcus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Quernus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Ruffus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Scaurus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Traulus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Valgus es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Xeirius es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Ybris es, & quæris tua cur consortia vitæ?
Zoilus es, puto scis, tua cur consortia vitæ?*

Numen, Nomen, Nummus.

*Cura prior numen, post nomen, tertia nummus,
Sic Diuus, Vinnus, Diuus eras simul.*

De

De Iano Grutero.

*Te quoties quis adit, cur semper doctior exis?
Cortina est Phæbi pectore, lane, tuo.*

*Gratia aulica non hæreditaria,
Omnia mutantur, fauor & mutabilis Aula,
Vreris aut friges, hac ibi conditio.
Magnos illa viros morisi, magnosq; Dynastas,
Floruit & Narses, Belsariusq; fuit.*

**Ad Reuerend. Virum Dn. Petrum
Curtenium.**

*Hæu mihi difficile est crimen non prode vultu,
Difficile est, loua velle oculum fugere!
Nec bene cerasus nasus componitur illi,
Nec bene sub ficus quis tegitur folijs?*

Magnum vectigal parsimonia.

*Vt diues fiat quis, vectigalia poscit,
Seu tua Rhene forent, seu tua Mosæ forent.
Vt diues fias discas comprecere, nescis
Quantum vectigal viuere Socraticæ.*

Temporis augmentum.

**Ad præstantis. Virum Ioannem Esge-
nium Iudicem.**

*Annus in apricis maturat collibus vnas,
Annus dat Cererem & Pallada bacciferam,
Annis fit quercus fuerat qua sirculus olim,
Annis vir fiet qui modo pufso erat.*

Ad Amicum de Amica.

*Vis ubi Lampetie placeat mihi, dicere strictim?
Cum celebros calamo, cum teno in thalamo,*

De

De quodam qui patrem in eandem suffoca-
tionem traxerat.

*Dum trahis in mortem patrem seruire uolentem
Non bonus es natus, nec pater ipse malus.*

Ad Fridericum Ludouicum von Groen-
rath Equitem westphalum.

*Canas tibi virtus, annis prudentia maior.
CONSILIO à CANO quàm bene nomen habes*

*Omnibus diuersorijis præscriptum.
Salue hospes, nummos fersis fero. Salue iterũ, hospes.
Soluere qui potus est, hospes is esse potest.*

Contra.

*Salue hospes Nummos fersis? Nõ fero. Vade aliõ hospes.
Soluere qui nequit, hic hospes is esse nequit.*

*Precatio ad Deum pro sana mente.
Auerte à me, à te Deus est auertere quod me;
Vt tibi dem memem, Te mihi Christe, dato.
Deme mihi memem, totum mihi subtrahem memem;
Vt Tibi me totum dem, propriumq; sacrem.*

Senectus honoranda.

*Quid canos rides, vetulos quid, Pontice, temnis,
Qui per stultitiam, si licet, esse uelis.
Si tamen inuisa est aded res, stulte, senectus,
Exemplõ ut fias litera longa licet.*

Votum Atheum.

*Formosus facie, insignes habituq; puellas,
Fabullus cernens templa subire Dei:
Taliter exculti si sese sunt Damones, inquit,
Dij date mi infernum, vos retinetis polum.*

In

In Thrasylbulum.

*Doctus es & clarus, Thrasylbule: sed oro, quis incor
Esse potest usus stercore Sardonychat
Musæi foribus.*

*Hinc procul Archita, procul hinc crepitacula, ama-
mus*

Harpocratas, necnon pauciloquos Laconas.

Foribus templi.

*Si domus hacce Dei, Sathana exi triste bidentat,
Saul inter vates quid malefidus agit?*

Ensi meo insculptum.

*Tempus erat quondam sine me quando ire licebat:
Non iam, vis postquam regnat & insidia.*

In Olsaria.

*Lust par impar, hic ius Mors dixit & aquam:
Hic Domni, famuli hic, hic Domina, hic famula.
Ossa renuda vides, Dic nunc ubi purpura, byssum?
Ossa vides, que mox ipsa futura cinis.
Quin igitur fustum, quin ponis cornua? qua nã
Ipse tibi demas, mox Libitina adimet.*

In quendam Rabulam ex Concio-
natore factum.

*Causidicus nunc es, verbi modo praco fuisti,
Verba dabis praco, das quoq; Causidicus.*

De Thrasylbulo.

*In me Scaxontes Thrasylbulus scribere fertur,
Non scribit, ruffat carmina, nemo legit.*

Rosa nobilis moneta Anglica.

*Nascitur ex Spinis, fulno Rosa nascitur auro.
Mobilis illa magis, nobilis hac magis est.*

De

De eadem.

Res bona nobilitas, bona res Rosi: res bona & aurum
Atqui ex his constat nobilis illa rosa.

Porro.

Quarum Nobilitas sine nummis vilior algâ,
Quarumq; die enata est, sapè rosa emoriit.
Nobilitas tamen ut maneat, Rosa duret ut visq;
Nobilis hoc totum muneris aio ROSÆ.

Fercula pauperum.

Nunquam assa, rarè friza, capæ, allia; porrum,
Vsq; niger panis nec tamen hic satians;
Rhenanum nunquam, interdum cercuisia, semper
Fons salientis aquæ, fercula sunt inopum.

In fenés puellarum procos.

Qui vetulus ducit feruentem atate puellam,
Ad mortem feretrum parat ipse sibi.

In Gallam.

Qui te formosam credit, qui Gallam puellam,
Non habet ille aures, non habet ille oculos.

De eadem.

Qui potuit castam Gallam dixisse puellam,
I haïda & ille potest ducere Penelopem.

Ad Noëllum.

Serua parit, sterilis manet uxor, causa, Noëlle
Qua: hac Hecube est, illa sed est Helena.

Mulier.

Dulacidum, lucus, ludus, Mors, fons quoq; vita,
Mundi, hominumq; decor, Mundi hominumq; dolor.
Si me Belga effert gaudere & flere iuberis
Gaudia (a) fronte sonans (b) tristitia sine notans.

a. H. O. b. O.

Ad

Ad Symmachum.

Et Luna & Martis cum Mercurijq; Iouisq;
Lucibus agrotat, Symmachæ, Paula tua,
Sed cum iam solis redeunt solemnia festa,
Non tamen est tumulo condere quam liceat.
Si nescis, vetula nil pelle tenacius vsquam,
Et moritur nunquam qua malè semper habet.

De eodem.

Vxori cælum, foelicia regna peroptat
Symmachus, exosus tadia longa Hecubes.
Qui cælum vovet uxori, nil triste precatur:
Vxor is sed quem tædet iniquus homo est.

De Faustina.

Defunctum quisquis credit plorare maritum
Faustinam, nimia simplicitatis homo est.
Non obitum Faustina Viri fiet, Pascha se il antea
Flet quod coniugium non iterare potest.

In Proceptorem plagosum.

Qua tibi cum pueris ratè quid verberè cadet,
Tollere qui nescis, tollere vis pueros.

Tales omnes in annulo vno scribas.

Si nisi qua prudens, dives, pia, pulchra, pudica,
Nulla puella placet, nulla puella placeat.

Meretrix sævissima bestia.

Inter sylvestres fera damnosissima Tygris,
Vrbans inter pessima res meretrix.

In Pontici uxorem abortientem.

Pontice quot Musa, tua tot iam fecit abortus
Coniux, & decimum iam putofert uterum.
Si causam quaris repetiti semper abortus,
In causa tu ipsius, Pontice, nemo alius,

H

Quad

Quod modo struxisti, petulans mox destruis idem,

Dumq; superfæciis non tibi factus adest.

Aut igitur operam proli dare desine, vel si

Vis nasci prolem, sedulus esto minus.

De eodem.

Pontici habet coniunx uterum, mælle infere Limbo,

Qui te auctum faciet Ponticus auctor adest.

Adhuc.

Perfectam feris sobolem cum Pontice nolis,

Sanctius uxorem non tetigisse fuit.

Ingratorum nimis quàm larga messis.

Ad Experimentis. Virum Dn. Engelbertum

Teschmacherum Medicum El-
uerfeldensem.

Calce ingrata ferit genitricem pessima mula,

Hanc mercedem illi pro pietate ferens.

Utinam mule hoc tantum tu crimen haberes,

Laudis Aristoteli plus, vultu foret.

Quod tamen sub ræla velim.

Laudo bonos medicos, turistas gratas honoro,

Theologos primas iure tenere fero.

A RECIPERE illorū tamē, istūm à CODICE, & horū

ORAMVS Domine, quemq; cauere volo.

In Fabullam.

Nescio quam dives sis Fabulla, hoc scio saltem,

Si numeres ter, sex te numerare obulos.

Ad Ponticum.

De te dicturos post mortem Pontice velles

Scire homines. Morere & si potes, accipito.

Ad Gallum.

Nit

Nil das, nilq; minus vis Galle patronus haberi,

Patronum est aliud, est & onum esse, aliud.

Ad Aulum Aulicum.

Nulla, leuis numerus, sibi met nihil ipsa relicta,

Pro postu tamen hac multa notare solet,

Nullus eris aula Aule, prius quam nactus honores,

Qui fueras nullus, fors quoq; nullus eris.

Omnium rerum vicissitudo.

Nulla dies adeo longa est, quam nulla sequatur

Nox, nec nox quam non Lux aliqua excipiat.

Gaudia suntq; adeo nulli firmata, dolor

Que careant, variat latitiusq; dolor.

O quantum est latis rebus meminisse malorum,

Inq; malis lati commeminisse statur?

Sibi quisque placet.

Ridet Democræus, plorat cuncta Heraclitus.

Cur patitur manes illeq; & ille suos.

Deo supra ma verba.

Vt vox blæda VENIT, ita vox est tristis ABITE,

In cælum, inq; Orcum, gens pia, gensq; mala.

Ad Nobilibs. Dnam. ANNAM KETLERAM

DOMINAM zur Newenburg Patronam

meam benignissimam.

Qui Nioben referunt, ob pignora multa celebrant,

Quas peperit natas, quos peperitq; mares.

Qui Nioben lacrymant, lacrymant ob pignora raptâ,

Quas doluit Natas, quos doluitq; mares.

Hanc qui vult laudare, ob pignora multa celebret:

Quas peperit Natas, quos peperitq; mares.

Pro Nioba qui vult felicem dicere eandem,

Dicat is ob Natas intolumentq; mares.

H 2

Tur.

Tu ipse quidem dictu.

Omnibus hoc vitium est mortalibus, extero ut hosti

Servare praeferunt suis quam cedere.

Multiplicatio nata vnde.

Multiplicare hominem cum iussit conditor, aucta est

Humana, hinc species orta est Arithmetica.

De eadem.

Post in Arithmetica sit multiplicatio prima,

Primori statuit nam Deus ipse loco.

De Iosepho Scaligero.

Brennorum Heroum Iosephus fama suprema.

Scaligerorum ergo Scaliger Echo fuit.

Ad Nobiliss. Iuvenem Fridericum Ioan-
nem von der Reck Equitem Lioum.

Qualia vis dicam quondam, Friderice, datura

Commoda sint Musa cura, Pieria?

Cetera si minus, hoc poterunt prestare, theatro

Ne truncum in trunco quis resideret putet.

In eiusdem effigiem.

In charta ut pictum vidit formosus Apollo

RECKLADEN, dixit, Musa aliqua an peperit?

Cum Mars accedens, sic dixit, filius ortus

Est meus, ast studij est meus, estq; Tuus.

Ars paupertatis domitrix.

Pauper non est nil rerum qui possidet. At qui

Nil didicit verè pauper inopsq; vir est.

O Iuuenes, Iuuenes artes perdiscite, & ipsa

Vlira Sauromatas pauperies fugiet.

Omen & Nomen.

Torquem ut torquatus nactus putò, stuppea vinela,

Nomine rem dignam nactus & est sceler.

Ad

Ad Ianum Gruterum.

Scaliger astra adiit, Fuit & Crassus bonus orbi

Artes ut maneat, Iane Grutere, mane.

Ad Gellium.

Nubere vis, faciem cupido sed tegmine celas.

In sacco ut noris non emo murilegam.

Cereuisia.

A cerebro aut cereris vi qua cereuisia dista,

Vt seruit vino, sic dominatur aqua.

De Ioanne Antonio Biberio Recto-
re Dustfeld.

Miraris bibuli cur nominis apta Bibero

Sis ratio, bibulo cum nihil ipse minus?

Eusebjes & Calliopes bibit ille fluores,

Non doctè ergò minus, quam bibit ipse pid.

In delitijs Rhanutij Geri.

Delitias post delitias dum profers vsq; Rhanuti,

Es plane factus deliciosus homo

In Erasmmum. Anagr. Esramus.

Es ramus, Qualis quem qui pratendit, Erasme

Fanum recto ibit tramite ad Aonium.

In Poschium.

Vir bonus es Poschi Quis nescit? Vir bonus olim

Dici se meruit Zoilus & Tragoras.

Nescio cui.

Nescio cui inscriptum hoc distichon: hoc scio saltem,

Nescio quod, tuiò cui sit habenda fides.

Eidem.

Constitui quoniam cui vis inscribere versum,

Nescio cui volui distichon hoc facere.

Finis Libri Tertij.

H ;

IOAN-

IOANNIS LEONHARDI
Weidneri, Palatini,
Conatum Poeticorum

LIBER IV.

A D

*Ad Genere, Virtute, cateruq; fortuna bonis
Nobilissimos Iuvenes,*

WIRICVM WILHEL-
MVM à BERNSAVV,
F. in Hardenberg.

E T

THEODORVM A'
BERNSAVV F. IN HAR-
denberg, fratres, Auditores
meos exoptatissimos.

I.

Dædalus inuentis antiquo nobilis auro
Pluribus, aeternum nomen in orbe refert.
HARDENBERGLACO Domino quid nescio maius
Priscum auum tulerit, nostraq; secla ferant.
Ille suis pennis volitat super aethera viuax,
Plura Mathematica hunc facta per astra leuant.

De

De eodem.

*Dædalus ingenio, Codrus sed stemmate, Minos
Iustitia, Architas laude Mathematica,
Mæcenas vatum, nimium dixisse putandus
Non sum, de summis qui retuli minima.*

De admirabili inuento instrumenti Musici
sua sponte 17. partes pulsantis, quarum quæ-
dam 22. Mensuris constant, ab eodem
Generoso ingeniosissimè
procurati.

*Mercurij taceat chelyn impropèrata vetustas,
Bistoniam iacet nec sine sine lyram.
Nec quod prædonum seruauit Ariona dextris,
Laudibus immodicis Organum in astra feruas.
Aëre nec patulo ludentem dicite turrim,
Solis ad arbitrium qua canit atq; tacet.
Hardenbergo omnis cedat decor instrumente,
Vnum hoc pro cunctis nos memoremus opus.*

De eodem sub persona Orphi.

*Traxi olim syluas, fatis sed cessimus olim:
Nos nunc sylua trahit, reddita vita mihi.
Omnia sic vicibus mutantur. Nempe quod est nunc
Non erat, & quod non olim erat, esse potest.*

Porro ad hospitem.

*Hic oculos, aures, mentem hic quod pascat habebis,
Hospes, quod saturet vix tamen inuenies.
Mille oculos, aures, mentes nam mille requirit
Instrumenti huius Technica congeries.*

De quercu ex qua rotula constat.

*Mortua quid viuâ distem hospes (sire laboras)
Viuus ius pauis, mortua pascit homines.*

H 4

De

De eadem:

*Pascere nata sues syluis dum stare licebat,
Nunc excelsis hominum pasco sonore animos.
In syluis optent relictum Pandione nata.
Non ego si possem nunc rediisse velim.*

De eodem & Momo.

*Tabellam quondam quidam narrauit a seculo,
Ille aures mouit, magna boansq; abijt.
Sic ego in instrumenti huius praconia versu
Laxius efferrer, longius effluerem:
Sed pecus Arcadia propè stat quod motitat aures,
Dextram meq; facit tollere de tabula.*

In effigiem eiusdem.

Ἀειδάλων haud fictum, cupias si cernere pictum,
BERNSAW Heroem cernito, certus eris.

In effigiem Generosæ eius coniugis Do-
minæ Elisabethæ à Kettler, Dominæ
in Hardenberg.

*Penelopen, Tanaquil, Lucretiam & Hypsirateam,
Semideas homines semihominesq; Deas.*

*Pallada, Iunonem, Latonam, cumq; Dianâ
Nomine vis uno: BERNSAVICA ELISABETH.*

In effigiem Wirici Wilhelmi à Bernsaw
F. in Hardenberg, auditoris
mei gratiosi.

*Es forte, sed corrumpitur;
Marmorq; sed corrumpitur:
Annosq; imagines habent.
Quid ergo virtus est super
Es, marmor, annos qua volat.*

Talem

*Talem WIRICE cum Tua
Imago spondeat, nihil
Lubet Vouere porro, quam
Ut adiuuante Numine,
Ætate vincas Nestora,
Virtute quin prestes duce,
Herons antiquissimos,
Non ambigo, nemo ambigit.*

Ad Theodorum à Bernsaw filium in Har-
denberg, auditorem ex asse ex-
optatum.

Ergo tua effigies THEODORE, hac, nobilior Erro.

*Non tua: sed tantum est corporis effigies.
Nam quia qui doceat animas pinxisse magistrum
Pictor non habuit, pingere nec valuit.
Sic tamen ex tenero bene noscitur unguis Leonis
Virtus, & pueri sæpè virum effigiant:
Non dubito magno maior quin patre futurus
Sis, patris genium si teneasq; Tuum.
Dij modo dent annos, cumque annis viuere sano
Corpore: prestabis qua reliqua, ipse TIBI.*

De nomine Theodori.

*Omina contemnunt alij, te dummodo constet
Esse DEI donum lucis ab introitu.*

In arcem Hardenbergam.

*Arboribus, stagnis, pratis circumdata late,
Venatu Domino non inamœna Tuo.
Quid Montana proin prohibet Te dicere Tempet
Hortos Edenios dicere quid prohibet?*

H s

Filiz

Filix maximæ natu eiusdem Generosi Do-
mini Felicitati nomine.

Multum delivrem, doses si detere auisim
Vestras, nostratæ pauperis ingenij.

Sas mihi, sasque alijs, TIBI sas quoq; credo futurum,
Dicere cum nequeam, dicere si volui.

Filix secundæ Guttæ Elisabethæ:

Vnio conclusus pretiosus qualiter auro,
Emicat in stellis sidus ut Hesperium:
Sic inter lætas longè latèque sorores,
Eluceat virtus, Forma, decusq; Tuum.

IOANNI SIGISMUNDO FILIO
in Hardenberg.

Vicina occulto crescit velut arbor in horto,
Aeuo: sic crescit fama, fauor que Tuus.
Crescit, IO crescas, charorum in vota parentum:
Ætate ut crescis sic tibi crescat honor.

In partum Nouum Generosæ Dominæ
Patronæ meæ gratiosæ.

Ante solo Clara, at cæpisti ubi gignere natos
Clarior es multo facta, Patrona, solo.

Ante polo chara, at cæpisti ubi gignere natos,
Charior es multo facta, Patrona, polo.

Sæpius hoc itera, atq; Polo charissima spes,
Atq; solo spes chara Patrona magis.

Quod si ut chara solo spes non stat parere vltro,
Vs coelo maneat chara, subinde pare.

In eiusdem partum ad Nymphas.

Nympha qua liquidi colitis regna humida Deli,
Et factus vocis stare fluentis sono:

Vota

Vota facit vobis, vobis nouies pater Alcon
Hanc aram gratæ surgere iussit humo.
Ad VVilhelmum à Bernsaw Filium in
Hardenberg.

Dicam WIRICE in te probem quid primitum
DEVM colis quod unice.

Dicam WIRICE in te probem deinde quid?
MVSAS colis quod unice.

Dicam WIRICE in te probem quid tertio?
VIRTUTEM amas quod unice.

Dicam WIRICE in te probem quid maxime?
Gestis auos quod vincere.

Ad Generosos Iuuenes Wiricum Wilhel-
mum à Bernsaw, & Theodorum à Bera-
saw filios in Hardenberg, cum stu-
diorum gratia Zurphaniam
irent.

Quid raris hac Rheni findit qua glauca fluent?
BERNSAWÆ portat nobile stemma domus.

Quis plausus? Phœbi. Qua circum iubilat Cloine,
Vnde fauor? populi sunt pia vota pÿ.

Quid chorea? Sirenum. Quis ludi ergo Choraulæ?
Æolus. Vnde vnde tam properata quies?

Neptuni hoc iussum, quis carbasa ventilat? illa
Cum Polluce suo Castor, amica cohors.

Quis remos ducit? Veneris puer ille Cupido.
In prora quamam? Nata Iouis cerebro.

Vestros quid iuncta suo concordia fratris,
Cui pacis Latium nomen habere dedit.

Qua regit imperio nautas, clauumq; gubernas?
Æneæ genitrix creditis Virgilio.

H 6

Fortu-

Fortunata ratis nauig; beatior omni!

Tu portas quicquid Phœbus honoris habet.

Votum pro veste ab eodem Generoso

Anno 1618. data

Donasti vestem, votum contra accipe nostrum, &

Quo pede cœpisti sic bene semper eas.

Eidem Generoso ob dilata carmina.

Dudum iam promissa Tibi cur carmina quaris

Distulerim, nec sit verba secuta fides

Si nescis, vates si quid promittit in vdo

Ut vento & rapidâ scribere oportet aquâ.

Qualiter ad solem solis flos flectitur vsq;:

Sic mens se mentis vertat ad artificem.

Romana audendo creuit res, crevit agendo.

Aude, age, res crescet non minus ipsa tua.

Nomine qua clausam gestant menses Canis iram,

Rem sibi Cancri habeant, fontis & vnda suam.

Ad Georgium Altrosum mercatorem

splendidis. Oppenh.

Vnus nempo Tibi est, ALTROSI, filius. Vnus

Si bonus est, satis est: si malus est, nimis est.

De Ausidio. Talio.

Omnibus Ausidius, me excepto, Xenia misit.

Mittere sed dicit se voluisse mihi.

Omnibus, Ausidio excepto, annua Xenia misit.

Pro sale frumentum est, Mittere quod volui.

Domat omnia Virtus.

Ad VViricum VWilhelmum à Bernsaw.

Vi, Sorti, Marti, Morti, mortalia cedunt,

Virtuti soli Via, Mors, Mars Mortaq; cedunt.

Ad

Ad quandam.

Omne conquereris simul & te nomine egenum:

Si nescis, pauper debet habere nihil.

In peruersos ICTOS.

Rectum quod curuum, curuum quod dicitis equum:

Auditis Iuris Doctores hinc utriusq;.

Querela Spini.

Latius ut cantem me priuant luminis vsu,

Heu mihi cur nocet ars, qua iuuat ars alios!

Sunt mala mixta bonis, sunt bona

mixta malis.

Exeat ex mundo qui homines sine labe requirit,

Talis nam mundus quale caput Polypi.

Dictum Artoxerxis.

Addere quam auferre aiebat regalius esse:

Rara avis, heu, nostro Artoxerxes tempore visus.

Ad Marquardum à Glauburg Patric.

Francofurt.

Aurora ut solem prait, sementatio messem,

Pramia sic pugnam, fructus sequiturq; lat orco.

NISI.

Hoc NISI venator cum dicit, lane, fuisset,

Non est cœna illâ cur leporem esse velis,

Proditori.

Iudam non vidi, nunquamq; videre cupini,

Eius sed fratrem in te video Acciole.

Saxonum Etymon.

Vnde habeat Saxo nomen cum edicere iussus,

Pontifice à summo purpureus Parochus:

Dicit, ait, ad Papa gestent quod saxea corda,

A saxo Saxo nomen adeptus habet.

H ?

Crimi.

182 I. L. W. Conat. Poetic. Lib. IV.

*Crimina cum mea tot quot caeli sidera: Frustra
Sudat Arithmeticus, sudat Arithmetica.*

De Cometa anno 1619. viso.

*Si capiti ut dicis, magno iste Cometa minatur,
Interitum capiti, Grylle, iuo cauens.*

De Candida:

*Nata est ut terris mea primum Candida, vere
Tunc primum terra est credita stellifera.*

Curioso.

*Nempe ut nocte videt, caeca est ut noctua luce,
Argus sic foris es, noctua sicq; domi.*

De Prisciano

*Vapules ut tyro Prisci quia Iane subinde
Efficiis, à pueris caderis hinc toties.*

In Hyænum Medicum.

*Miraris medico Te cur non utar, Hyane,
Causa est illa, mori nondum ego constitui.*

Finis Libri Quarti.



183.

ἑπίγραμμα, siue

Manipulus Carminum

IVLII GVLIELMI ZINC GREVII

Verſibus ceu ferotinus partus ad-
ijciendus.

Idyllion in Promotionem Doctoralem Nico-
lai Suebelij Bipontini.

DVm Baſilea nitens, ſic diſponemibus aſtris,
Euocat ad ſeſe Myrtorum Helicone relicto
Suebelium, huic noſtras dicam ſordere Camænaos?
Niriniq; adeo ſordere brabeia Licet?
Non equidem: hac illis ſubeant, qui cum æta ſiniſtro
Iudicio exegiſſe ſolent, & amant ad amuſſum
Ingenij proprij reliquos metirier omnes;
Quiq; gubernantes alienam ex liſtore nauem
De ſe ſecturi, curas aliunde faceſſunt.
Sed quicquid iactent, melior ſententia nobis
Mente ſedet; quam illa? rogas: en explicò pauca:
Quis potior tandem arte ſit, experientia monſtrat.
Virtutem hand locus, aut priuat a induſtria conſert:
Ni per te ſapias, ſapientis inaniter audis
Præcepta, & nimium variantia dogmata, qua te
Vertuminoq; magis varium mox reddere cernes,
Carne adeq; magis dubium, omnia nilq; ſcientem.
Nec tibi conduceret totus ediſcere Athanas,

Si tibi

lxi-

Si tibi non audes ipse quandoq; relinquere
 Interea his ego debere puto iure coronas,
 Præmia præ æteriti studij, incentiua futuri,
 Qui non tam sibi quam patriæ prodesse laborant,
 Qui patriæ discunt, ipsaq; ipsius amore
 Posthabita, exilio se non sine fœnore damnant,
 Quaq; valent hac cuncta valent patriæq; suisq;
 Quid moror? accedam propius, propiusq; retexam.
 Talis erit bene virtutes quicunq; sequetur,
 Suebelio præeunte viam: Sic ille decori
 Cultor erit; sic ille urbes, peregrinus obibit,
 Externas discens linguas, & ciuica iura,
 Et varios hominum mores; sic audiet ille
 Omne genus doctos, ut quamuis plurima ab ipsa
 Condiscat, multo tamen à se plura requirat.
 Hinc illum merita nunc ornat adorea laudis,
 Laudes in æternas victuræ temporis horas,
 Quam Basilea probat, moxq; Heidelbergæ probabit.

Pijs manibus Patris Laurentij Zin-
 gresij IC.

Manes Parentis, vita dum fuit, optimi,
 Et iam colendi, quippe qui sumptus mihi
 Sat liberali subministrabas manu,
 Magnaq; curâ studia formabas mea,
 Vt ciuis essem patriæ haud inuisilis,
 Dolentius nec quidquam habebas, quam tuam
 Quod mortis horâ præpeditus, haud meis
 Præesse rebus atq; auxiliis tuis,
 Quam ceteris nunquam negabas proprium
 suuare posses filium, quanquam imparo

Gres-

Gressu sequentem vestra per vestigia:
 Vos ô Parentis optimi pijs mihi
 Saluete manes, atque testes has mei
 Cultus tabellas quas memoria posthuma
 Gratus paternæ filius heic consero,
 Spectare læta vidente ne grauemini.

In M. Melioris Adami Theologos Ger-
 manos.

Adame, nate Teutidos nostræ bono,
 Assertor ingens doctiorum nominum,
 Quando è tenebris vindicatos patriæ
 Tradis legendos Literatura sacra
 Mystas, & orbis literati ceteros
 Ex ordine omnes antesignanos viros,
 Quos doctæ passim protulit Germania,
 Cum patriæ quid maius ominer tibi
 Tibi quod atas ista præsens debeat
 Quod & futura, præter unum hoc, vitæq;
 Vt prosequatur nominis laudes tui
 Pietate eadem, eadem alacritudine
 Quâ prosecutus ipse es horum nomina?

In eiusdem Quos Germanos.

Prodidit Tacitus decus Latina
 Ingens historia, asperam esse cælo &
 Cultu Teutoniam, horridamq; visis,
 Nec non & populum esse literarum.
 Expertem: Zastius quid esse dixit
 Suo tempore Iuris imperitum.
 Qui si iam rediuntes ille & ille
 Exeultas ad eò videret oras

Nostra

*Nostra Teutonia, tot & soruscas
Iuris Luminibus, quibus reclusa
Nova lucis honorem, Adamo doctæ,
Annon Teutonium ille & ille quatens
Ipsâ in Teutoniâ, beatiorem
Vt terra atq; poli suspiceret alter
Cultum, sic rudiora gentis huius
Cum terrâ atq; polo eruditore
Mutata ingenia, ambo consuperent.*

In Poëmata Iani Gruteri.

*Fleuit Alexander toties quod victor uando
Nil sibi vincendum linqueret inde pater.
Flebitis, an potius plaudetis Apolline tanto,
Postera quos vates sacula cumq; dabunt?
Delicias ceris qui cunctas occupat vnus,
Ingenijs vestris nil reliquum ille facit.*

In Thefes Politicas Generosi Domini Stanis-
lai Spanicij Baronis Poloni.

*En tibi Spanicia generosos indolis ausus
Congeneres patria congeneresq; patri.
Nobilitas illum potuisses sola tueri,
Nobilitas illi non tamen vna placet,
Sed decus ingenij generi iunxisse laborat,
Surgat ut hac duplici laus sibi plena via.*

Placentia.

*Si nisi qui cunctis placet à cunctisq; probatur
Nemo placere potest, nemo placere potest.
Sit quoq; qui placeat cunctis, cunctisq; probetur,
Quod placet, hoc ipso displicet ille mihi.*

De seipso.

Cui-

*Cuidam obiurganti quod nullum munus obirem,
Ceu patria haud cupiens utilis esse mea,
Munera qui nimium, dixi festinat obire,
Prodesse haud patria sed cupit ille sibi.*

In Emblemata sua.

*Hac mea sunt, procul hinc, malè quicumq; illa legèdo
Interpretando facere discipis tua.* (♣)

De Mauritio Hassiæ Landtgraui.

*Qui simul est Princeps & vates maximus inter,
Dic annon Princeps vatum erit ille tibi?*

Defensua & Offensua.

*Hunc, offendendi prius est cui dempta facultas,
Nec defendendi vis iunat vlla diu.*

In Iconas Regum Poloniæ Salomonis Neuge-
baueri de Cadano.

*Magna tibi multum, vir magne, Polonia debet,
Ob restitutos, super Historia libros.
Iam Reges quoq; desinisti tibi iure ligantur.
Ære in perenni quos facis reuiner.
Non hoc laude caret, populorum gesta referre,
Lucem sed ipsis Regibus dare, regium est.*

Paulo Laurentio Lemmingero in
Culman.

*Multus amor nostri tuus est, tenuissima nostra
Sunt merita, agnosco, debeo multa tibi.
Qui debere tua mihi vis hunc spontis amorem,
Omnia nonne tibi debeo, meq; simul?
Sed nil lucraris: tantum descendis amando:
Nimirum est vera hoc nobilitatis opus.*

Epita-

Epitaphium Petri Denaisij Icti.

Hoc cubat in tumulo Denaisius ille, viator,
 Quo vix in terris iustior alter erit.
 Mentem adeo rebus seruauit in omnibus aequam
 Distribuitque adeo iura bilance pari.
 Contentus virtute sua fortunâ in utraq;
 Pulcrâ egit vitam, pulcrum obitumque tulit.

Epitaphium Simonis Stenij.

Hac parua celebris Si cunius requiescis in urnâ
 Vita cui fuerat nil nisi tota quies.
 Usque adeo placidam fouit constantia mentem,
 Usq; adeo risit sortis utramque vicem.
 Nulli unquam nocuit, cunctis prodesse paratus.
 Sicque peracta pio lustra bis octo seni.
 Nempe fuit visa huic tantum meditatio mortis,
 Vita imò æterna principium illa fuit.

Epitaphium Erasini Posthij Ioh. fil.
Medici.

Fige pedem, lector, paulumque heic lumina fige,
 Natus ubi iuxta conditur ossa patris
 Hoc ipso felix, sed & hoc, quod contigit ipso
 Herbipolis patria, Myrtilis inde domus.
 Dotibus ingenij varijs instruxerat illum
 Post Latiam Gallus Belgæque & Anglus humum.
 Inclyta Doctoris titulo Basilea remisit
 Ornatum tandem, Myrtilis alma, tibi.
 Iamq; isthac cuncta in medium conferre parantem,
 Intempestiuâ mors fera falce metit.
 Ille quidem luctans natura denique cessit,
 Sic in sic omnis cedere discet homo.

In

In Apographa monumentorum M.
Melioris Adami.

Et morimur cuncti, nil non mortale creatur,
 Cum saxis pereunt & monumenta simul.
 Quando sed nobis isthac exscribis, Adame,
 Et te conseruas, & monumenta simul.

De Augusta Vindelicorum à M. Meriano
in æs incisa.

Hac illa verè Augusta nomine, omine,
 Honor vniuersa maximus Germania,
 Totius orbis vrbibus cultissimis
 Laudum suarum gloriâ palmam auferent,
 Hanc Merianus artifex toti dedit
 Orbi videndam, non ve augustam satis
 Augustiorem redderet, sed vt sibi
 Ab vrbe tantâ potius adderet decus.

Ad Amaryllida.

Cum dicis mihi Lente: tuos accede eamino,
 Accedesque mihi ô dulce, Amarylli, decus.
 Materies malè qua nutrit benè deinet ignem,
 Flamma sed ex stipulâ sit que perit que citò.

Iocus.

Dum Priscilla nimis iuuenili inhiaret amori
 Cum veterana foret, nubere visa pari est:
 Militâ sed in hac melior, responderat, vnus
 Tyro, tota sset quam veterana cohors.

Ad Paulinum.

Dum precio nixas & mercatoribus vrbes
 Venates, vitis tot que perire vides,

Cuncta

Cuncta lucro mercatores postponere mirum est?

Diuitias vitium seruitiumq; sequi? (illo,

Hoc vetus est; sed & hoc vetus est, Pauline, quod

Qui patriam vendit, vaneat ipse simul.

Similitudo Plutarchi sub finem libr. de officio Auditoris.


Ingenium haudquaquam querit iuuenile repleri.

Repleri veluti mortua vasa volunt.

Sed ceu materies accendi visibilis, ut vis

Iuuentrix vires exeret inde suas.

FINIS.



LECTORI S.

SI quæ errata forte per incuriam
 Irreperint; æquum Lectorem
 rogamus, ut, quod faciliè puta-
 mus fore, sua sponte ea
 corrigat.

